

137
B. VALVERDII

GANDIAE VILLENATIS

SACR. THEOLOG. DOCT.

ex Sanctis Patribus Gnomologia, idest, insigniores
aliquot sententia, quibus & Catholici in Fi-
de, & Relligione confirmantur, & qui
ab Ecclesia discesserunt, redargu-
tur, & ab errore reuocatur.

AD ILLVSTRISS. DOM. D. IO-
annem Borgium, Francisci Ducis F.
Philippi Reg. Cathol. apud Ca-
sarem, Legatum.

Cum approbatione S. Inquisitionis, & Reuevendiss. Do. Episc. Patav-
uini, aliorumq. insignium Theologorum.

Patavii, Laurentius Pasquatus excudebat,
M. D. LXXXI.

13
B. VALVERDII

GANDIAE VILLENATIS

SACR. THEOLOG. DOCT.

ex Sanctis Patribus Gnomologia, id est, insigniores
aliquot sententia, quibus & Catholici in Fi-
de, & Religione confirmantur, & qui
ab Ecclesia discesserunt, redargui
tur, & ab errore reuocatur.

AD ILLVSTRISS. DOM. D. IO-
annem Borgium, Francisci Ducis F.
Philippi Reg. Cathol. apud Ca-
sarem, Legatum.

Cum approbatione S. Inquisitionis, & Reuerendiss. Do. Episc. Patavini, aliorumq. insignium Theologorum.

Patavii, Laurentius Pasquatus excudebat,
M. D. LXXXI.

ILLVSTRISSIMO
DOMINO D. IOHANNI

BORGIO FRANCISCI DVCIS

F. Philippi Reg. Cathol. apud

Cæsarem, Legato,

Bartholomæus Valuerdus Gandia,

S. D.

D. August. Epist. 162.

Non de auro, & argento uestro agitur. non terra,
non prædia, nõ deniq. salus corporis uestri in discrimen uocatur. de adipiscenda uita æterna, & fugienda morte æterna compellamus animas uestras. Expergiscimini aliquando. non in aliqua obscura quaestione uersamur. non recondita secreta rimamur, quibus penetrandis uel nulla, uel rara humana corda sufficiunt. Res in aperto est. quid eminet clarius? quid cernitur citius?

NON



TIAMSI
non alio nobis in
dicio suam bene
uolentiam osten
diset solus ille sa
piens & laudabi
lis Deus, IO--

HANNES Borgi vir Clariss., quàm
quòd mundo inferiori nos præfecit, cæterorumq. animantium cunctorum constituit dominos: esset tamen eius liberali-

a y

tas, & sapientia, cum amore nobis, et cū
veneratione omni recolenda. Cum ve-
rò humanis beneficijs non contentus, di-
uina etiam hereditatis premium nobis
propofuerit, atq. id nos facilius, ut adipi
sci possemus, post multa, variaq. sua pro-
uidentia, doctriinaq. indicia, filium suum
unicum postremò legauerit ad terras, mo-
riq. eum pro nobis & in Crucem tolli p-
miserit: quid possumus quasò amoris, et
gratia Deo, quod tanto illius, & tam sin-
gulari beneficio respondeat, à nostra par-
te exhibere? Hoc igitur tam perspicuū
diuina sapientia, & ueritatis lumen, qđ
ueluti fulgur, è medijs olim regionib. ter-
ra, in omnes circum circa rerum fines e-
micuit, nunc relanguisse usq. adeò, ut nō
iam firmo, & recto intuentib. oculo, sed
quasi hallucinantib. apparere uideatur,
quis Christiani, & pij hominis sensu præ-
ditus, grauisimè potest non dolere? Cer-
nimus Christianum nomen eò deductum
esse, primū ut qui illud tenent, & no-

runt, uerbo quidem usurpent, re autem
atque factis omnia alia potius consecen-
tur, quam qua sunt huic professioni, et no-
mini consentanea. Imminemus foràs pe-
nè omnes, & nostrimet obliti, ad illa exter-
na propendimus, qua sonitu, et rumori-
bus implent aures nostras, falsoq. splen-
dore oculos perstringunt; quibus dum
potiamur, et compotes eorum simus, ex-
inanimus nosmetipsos ueritate proprio-
rum bonorum, iustitiaq. & fidei, & ip-
sius saepenumero Dei, qui solus salus no-
stra est, cum possessione fallacium bono-
rum facimus commutationem. Nam
quod uita plena est simulationis, insidia-
rum, mendacii, quod adulamur, quod
uultus fingimus, quod assentamur præ-
sentibus, absentes laceramus, quod dum
ad optata nostra perueniamus, non equi-
tatis, non concordia, non publici commo-
di, non pietatis, aut charitatis, aut reli-
gionis ducimus rationem: quis non in-
telligat causas omnium malorum, qua

Christianam iam diu populata Rempub.
sunt, hodieq; maxime & vastant, et depo-
pulantur, in hoc errore hominum, et com-
munis vitæ confusione consistere? Itaque
præter bella, & seditiones intestinas, qui-
bus longo iam tempore laborat Christia-
na Resp. accessit his superioribus annis
gravis ista hæresis, quæ metu legum sub-
lato, suapte sponte homines, ad carnis li-
centiam, & ad cupiditatum studia pro-
iectos, non solum ex soluit timore, frenoq;
conscientiæ: sed contra ipsas Christi le-
ges, atq; instituta animavit etiam ultrò,
atque ad explendos improbos animorum
affectus hortata est. Sed cum eos omnes,
qui à nobis discesserunt, ab errore schis-
matis, quantum ad me attinet, sanari
cuperem, nam et ipsius nobis (quod dice-
bat August.) humana societatis vincu-
lo adstringuntur, et nonnulla in quibus-
dam præ eminent placidioris mentis in-
dicia, quibus nullo modo desperandum
est, facile illos posse, veritatem, cum fuerit

demonstrata, completi, dilectionis autem
tantum illis debeam, quantum nobis im-
perat ipse qui nos dilexit usque ad Cru-
cis opprobrium: hæc, inquam, Augusti-
ni verba cum meminissem, ut salutis om-
nium essem cupidissimus, ne per hos dies,
quibus mihi in Germania commorandum
fuit, ociosus uiderer in illis regionib. vi-
xisse: volui, pro meo munere, vel unum
in hoc negotio cum Evangelica muliere
obulum offerre. Itaque post Cantica, et
De obscurioribus Scripturæ locis, xxx.
Spudasmato libros, Psalmorum etiam,
Latinos à me, R. David Kimhi Comen-
tarios, sex simul eodem tempore Contro-
uersiarum capita, summo iuuanda Chri-
stiana pietatis studio, sum aggressus. Nã
in his confutandis, qui privatis opini-
bus, nec ab Ecclesia receptis nimium ad-
hærescunt, eo uti volui dicendi genere,
quod à doctissimo quoque, & amari in-
telligo, & profecto est amandum, ut non
nostra oratione eos, sed Sanctorum Pa-

trum dictis, atq. sententijs redarguamus.
Itaq. cum libellum de Igne Purgatorio
confecissem, hoc nunc maxime egi in
hac Gnomologia, ut qui, ob corruptam
quorundam nostrorum vitam, dicunt se
ab Ecclesia discedere, (optant enim illā
iuuenculam esse, sine macula, et ruga,)
à pestilentiss. hoc errore reuocentur. Sen-
tio equidem tenuia, & exigua esse, quae
ex mea officina prodeunt, ut ea nulla di-
gner commendatione, unum tamen est,
quod audacter dicere possum, me hoc
qualicumq. labore, Christi Ecclesia inser-
uire uoluisse. Et ne tua in me beneficia,
(quae dum expendo uehementer perti-
mesco, ne mihi contingat, ingrato ex hac
uita discedere, quod ipsa morte mihi ef-
set acerbius) diutius quàm par sit silētio,
& taciturnitate obtegi uideantur: testa-
ri uolui, ea me, magna cum voluptate a-
pud me deposita semper intueri, & me-
moriam conseruare, quò nusquam, uel in-
termoriantur, uel mihi ex animo exci-
dant.

dant. Itaq. dum maiorum uigiliarum
opus à Plantino expecto, hac nunc IO-
ANNES Borgi uir Clariss. nomini
tuo gratitudinis ergò consecramus. Me-
rito enim cunctis ego & ingratus, & im-
pius habear, si te tantū uirum, quo possum
honore non prosequar. Non enim qui tuā
uitam sum speculatus, domesticasq. tuas
actiones, & priuata studia perspexi, tuae
virtutis & gloriae testimonio fraudabo.
Neque uerò me hic, summum tuum in-
genium, magnumq. consilium, solertiam,
atq. prudentiam, quae tibi diuino contige-
re beneficio laudare & admirari quis pu-
tet. Pietatem miror, diuiniq. cultus stu-
dium singulare. miror morum integra-
tem, ab omni uitiorum nō labe tantū, sed
etiam suspitione semotam. miror quoti-
dianam illam erga pauperes beneficenti-
ā, quae insignem in te bonitatem, sancti-
moniamq. declarat. Ecquid religiosi in-
primis et Ecclesiasticis uiris ad mensam
delectari? Vacare multas horas studijs

Sapientiae? uel commentari aliquid, uel
audire de Diuinis literis? tot sanctorum
martyrum ossa, reliquiasq; conquisisse,
collegisse, tot capsis, & thecis auro, ostroq;
rigentibus includere? tot Sanctorum Ca-
talogum habere serè innumerato, & ex
memoriae thesauro derepète depromere?
quis haec ut diuina & immortalia bona,
tibi non inuideat? Ecquis uerò miretur,
te dignissimum tali patre filium, his
maioribus ortum, Pietatem, Diuinamq;
Religionis cultum in primis procurare?
Quis enim tam abstrusus, tamq; ab omni
hominum cōsortio, remotus in terris locus,
quo non eximius, Francisci Patris tui
splendor, & sãctitatis fama peruasit?
Quis populus? quae natio? quae gens, uel
tam immanis et barbara, uel tam excul-
ta disciplinis, quam non pijsimus ille uir
non gloria modò nominis sui, uerum etiã
admiratione cõpleuerit? Quorsum uero,
Sacrosanctos, ex tua familia Pontifices
summos commemorabo? non enim tu

maiorum tuorum potius, quam tuis ipse
uirtutib. et ornamentis nobilitaris. Quid
ergo mirandum si sis unus ex tuis, & tuo-
rum omnium, & optimi illius, ac sanctiss.
patris in primis simillimus? Tui ergo est
uir humaniss. paucula haec nunc, quae
& otio, & libris, & ualetudine destituti
damus, grato animo accipere, nosq; tui
certè studiosissimos amare peregere.

Vale uir praestantiss. cum cha-
riss. coniuge, & liberis.

Dat. Patavij. Kalè.

Martij. An.

1581.

INDEX EORVM QVÆ IN

Sanctorum Patrum Gnomologia.



- Cap. 1. Qui se pro Christianis, hæresiarcharū noſb. gaudent appellari, in eis illud Prophetæ non impleri: Vocabitur nomine nouo quo Dominus nuncupabit eū, ex D. Ignatio Epif. ad Magnesianos. fol. 169
2. Qui inani fonitu, pompaq; uerborum, Chriſtū, & purum Euangelium prædicare ſe dicunt, mulſo cicutam, bibentibus temperare, & cauonari uerbum Euangelii. 170.
 3. Lupos eſſe ſub ouium pellib. etiam ſi ſigna, & prodigia facerent, qui præter ea quæ ſtatuta ſunt, quidquam annunciarit. Idem Ignatius Epiftoſa ad Heronem. 170.
 4. Qui in cætuſſacrificiorum, ab Eccleſia ſeiunctus eſt, etiam ſi modeltiam ſummam, & ſanctitatem præferat lupum eſſe. Idem, Epiftoſa ad Epheltios. 171.
 5. Si alienarū uxorū corruptores, pæna capitali plectuntur, quanto magis, adultærantes uerbum Dei, æternas pænas luent, Idem eadem Epiftoſa. 171.
 6. Fugiendam eſſe diuiſionē unitatis, & ubi paſtor ſit, eò oues ſequuturas. Idē Epiftoſa ad Philadelph. 171.
 7. Hæreſes malas eſſe herbas, quas nec Chriſtus ſeminauit, nec coluit, nec Pater cæleſtis plātauit Eadē. 172.
 8. Hæreticos, ſeras eſſe humanam formam gerentes, orandumq; pro eis, Idem ad Smirnenſes. 172.
 9. Hæreticorum conuitiis, & iracundiæ, manſuetudinem, lenitatem, & preces ad Deum opponendas, Idem ad Epheltios. 172.
 10. Hæreſes Diaboli eſſe adinuentiones. Eadem, 173.
 11. Hæreticos, canes eſſe mutos, ſerpentes ſe contrahētes, aſpides, baſilifcos ſcorpiones, Idem Epiftoſa ad

- Antioch. 173.
12. Non eſſe confidendum blandientibus nobis hæreticis Eadem. 173.
 13. Hæreticos canes eſſe mutos, rabidos, & occultè mordentes, eoſq; inſanabili morbo laborare. Epiftoſa ad Epheltios. 174.
 14. Obturandas eſſe aures, iis qui Zizania ſeminare ſtudent. Eadem. 174.
 15. Si unus eſt Deus, unus Chriſtus, unus Spiritus S. unumq; baptiſma: una etiam debet eſſe Eccleſia, & una fides. Idem ad Philipenſes. 174.
 16. Hæreticorum proprium, illud in diſputando iactare: Niſi in Euangelio ſit, non credā. Idem ex Epiftoſa ad Philadelph. 175.
 17. Epifcopis, qui, rationē Deo reddituri, pro anima bus noſtris uigilant, nos ſubditos eſſe oportere Idē Ignati. Epiftoſa ad Trallianos. 175.
 18. Nihil, contra quàm docent hæretici, ſine Epifcopo fideles agere oportere Ex eadem. 175.
 19. Sine Epifcopo, qui Dei patris typus, & forma eſt, neque Eccleſiam eſſe, nec collectionem ſacram, nec congregationem ſanctorum. Eadem. 176.
 20. Eorum quæ ad Eccleſiam pertinent, nihil ſine Epifcopo. ad Smirnenſes. 176.
 21. Quomodo errent hæretici, qui ſine Epifcopo baptizant, offerunt, immolant, ſacrificant. Eadē. 176.
 22. A Deo punietur, qui epifcopos nullo honore proſequitur Eadem. 177.
 23. Epifcopum, ut Apoſtoli præceperunt, ut Chriſtum eſſe uenerandum. Idem Epiftoſa ad Antioch. 177.
 24. Edifcopos ſuper omnes poteltatem obtinere, præſbyteros, ut ſacrum quoddam collegium, illius eſſe confeſſores, & conſiliarios, Diaconos imitatores Angelorum, Atheum eſſe qui illis non obediuerit Eadem. 177.
 25. Iniquum eſſe, & Deo odioſum, quod faciunt hæreti

- ci, qui sua omnia decernunt, sanciunt, probant sine Episcopo. Eiusdem ex Epist. ad Mag. 178.
26. Solorum Sacerdotum esse baptizare, sacra facere, manus imponere Epist. ad Eronem. 178.
27. Hæreticos, qui Paulum semper in ore habent, Paulum non intelligere Irenæus lib. 4. aduersus hæreses. 179.
28. Hæreticos peruersissimos esse Sophistas Idem lib: 4. cap. 2. 179.
29. Hæreticos dogmata sua, orationis ornatu subdole regentes, rudiores quosque decipere. Idem lib: 1. Cap. 1. 179.
30. Hæreticorum peculiare esse, eas quibuscum agant, & corpore, & animo corrumpere. Ibidem. 180.
31. Eos qui hæreticis afficiuntur, ut qui cæci, cæcis ducibus, utantur, cadere in profundum ignorantiae barathrum. Idem lib. 2. Cap. 29. 181.
32. Hæreticos Diuinas Scripturas malè exagitare, & uocibus hinc inde confarcinatis, cætonibus, quasi Homericis ex Scripturis compositis, adulterina sua dogmata persuadere conari. Lib. 1. Cap. 1. 181.
33. Hæreticos, ut rudiores, ac simpliciores ad se trahant, simulare se nihil aliud, à Catholicorum doctrina tradere, maximeque conqueri apud plebem solitos, quod cum eadem sentiant, quæ Catholicis, sine causa ab eis abstineamus Idem lib. 1. cap. xv. 182.
34. Qui uelit hæreticos conuincere, eorum etiam canones, dogmata, & argumenta teneat, oportet Idem Lib. 4. in Prefatione. 183.
35. Hæreticos, præ cæteris mortalibus omnibus gloriari, se omnium rerum scientiam habere, Lib. 1. cap. 1. 183.
36. Hæreticos, cum ex Diuinis litteris redarguantur, uel accusare quod minus rectè habeant, uel eorum auctoritatem eleuare Idem lib. 3. cap. 2. 184.
37. Hæreticos, ut Scripturæ auctoritatē fugiant, ad Traditiones aliquando confugere, cum Traditiones obuiamus, eas reuicere, iactantes se ipsis Traditionum

- auctoribus multò melius ueritatem inuenisse. Ibidem. 185.
38. Hæreticos inter se disceptantes, maxime affectare, ut nouum aliquid subinde inueniant, quod nusquam quisquam excogitarit Lib. 1. Cap. 18. 185.
39. Hæreticos quamuis ex differentibus locis egrediantur, & differentia doceant, in idem tamen blasphemiam propositum conuenire Idem Prefatione lib. 4. 185.
40. Quæcumque summa cum grauitate dixerint omnes Hæretici omnia eo spectant ut Deum blasphement, & hominibus perniciem afferant. Ibidem. 186.
41. Quicumque à principali Ecclesiæ successione, se separarunt suspecti habendi sunt, quod à ueritate deficient, & quæstus uanæque gloriæ causa id faciant, Idem Lib. 4. Cap: 43. 187.
42. Qui alienas doctrinas in Ecclesiam inducunt, eandem penam à Deo, quam Nadab, & Abiud, Choræ, Datan, & Abiron percepturi sunt, Idem 187.
43. Omnes hæretici qui se plus aliquid præter ueritatem inuenire putant, cum semper querant, nunquam tamè uerum inuenire, plurisque esse religiosum idiotam, quam blasphemum, impudentemque Sophistam Idem lib. 5. Cap: 20. 188.
44. Ecclesiam paradysum esse à Domino in hoc mundo plantatam, ab omni ergo ligno paradysi, id est ab omni Diuina Scriptura, escam sumendam, elatum uero hæreticorum sensum, quem ipsi, agnitionem se habere boni & mali iactantes, profitentur: non esse tangendum. Ibidem. 189.
45. Hæreticos cum de priuatis rebus inter se, similtates gerant, odio tamen, inimicitiaque communi, aduersus ueritatem conspirare. D. Athanasius Oratio 2. contra Anianes. 189.
46. Licet hæretici annuncient Scripturas, cum ab uocatione Spiritus S. quam habebant recesserint, eo i-

- ipso ostendere se AntiChristos esse. Didymus Alexand. Comment. in primam Ioan. Epist. Canon. Cap. 2. 190.
47. Christum tantum, & eius unctionem in illis permanere qui Christi animi sunt participes. Ibidem. 190.
48. Qui contraria sapiunt, quam Christi constitetur Ecclesia Antichristos esse. Ibidem. 191.
49. Si Ecclesia Catholica corpus est Christi, & extra hoc corpus neminem uiuificat Spiritus S. non habent ergo Spiritum S. qui sunt extra Ecclesiam Ibidem. 191.
50. Hæretici, quia iacere se abiectissimè sentiunt, si eorum auctoritas cum auctoritate Catholica conferatur: conantur auctoritatem Ecclesiæ stabilissimam labefactare Aug. Ibidem. 192.
51. Hæreticos, si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbarent, antea tamen quam res nouas molirentur, nos admonere debuissent, Nazanz Epist. 1. ad Cleodionum presbyterum. 192.
52. Non tam indignum esse, quod hæretici, perniciose sua dogmata, per alios uersutiores, simplicioribus infundunt, quam quod Catholicos in eadem esse, opinionione, ac sententia mentiuntur. Ibidem. 193.
53. Hæreticos, Scripturæ phrasin ignorantes, a litera decipi. Eadem. 194.
54. Nouas preces, & psalmodiarum cantilenas, ad mensuram modulationes instituire, perpetuum fuisse morem hæreticorum. Eadem. 194.
55. Cum conuincuntur hæretici, & uerba argumetorum permuntur, etiam si uerbis confiteantur, dolos tamen animo machinari. Idem Epistola. 2. ad Cleodionum aduersus Apollinarium. 195.
56. Falso hæreticos illud de se interpretari: Nos autem sensum Christi habemus, & quis sit eorum uerborum sensus. Eadem. 195.
57. Si hæretici absconditam, & ueram sapientiam mudo

- do annunciant, inanem fuisse fidem nostram, frustraque martyres martyrium, subiisse Eadem. 188.
58. Ut gypsum aqua permixtum, lactis colorem mentitur: ita hæretici ueram ac simplicem fidem Domini cum unius uerbi ueneni gutta inficiunt. Eiusdem ex Tractatu de fide Ruffino Interprete. 188.
59. Hæreticos Syllabas quasdam Scripturæ auersari, atque ad uoces impingere. Idem Orat. 44. in sanctam Pentecostem. 189.
60. Hæreticos si aliquando prophetis scripturis utantur: non omnibus uti, & iis, truncatis, ac mutilatis paucas uoces carpentes, nulla contexturæ ratione habita, unde omnem ueritatem euertunt. Ex Clemente Alexandrino, Stromaton Lib. 8. 190.
61. Propterea hæreticos, ad ueritatem non conuerti, quod nimium se ipsos ament, & tanquam si alterius essemus naturæ, non posse nos sua dogmata intelligere, calumniantur. Idem Ibidem. 191.
62. Cum conuincuntur à nostris, sua negare dogmata & quæ occulte docere se posse gloriantur, aperte confiteri, erubescere. Ibidem. 191.
63. Hæreticos non de uno dogmate, sed de conseruanda hæresi laborare, magisque curare ut uideantur, quam ut philosophentur, & quiduis potius tolerare, quam ut à seclis sibi grato honore discedant Ibidem. 192.
64. Hæreticos aliquando eo immanitatis aduersus Catholicos processisse, ut carnifices, & homicidas, & quiduis potiusquam Christiani ab omnibus uocarentur. D. Athanasius Oratio. ad Solitarum uitam agentes. 194.
65. Apud eos, pro re hostili aliquando habitam misericordiam, & pauperum commiserationem Ibidem. 195.
66. Eosdem Catholicorum carnifices aliquando fuisse. Ibidem. 195.
67. Non latere hæreticos, errores suos dissentire à Sacra Scriptura. sed tamen ad dolum simpliciorum, eam uerborum indolem præferunt ut rectum sensum

- habere uideatur. idem Orat: 1. Cōtra Arian. 198.
68. In una quaq. hæreſi uenire diabolum dicentē: Ego ſum Chriſtus, & apud me eſt ueritas oēſq. pugnantia interſe profiteri, nec alia in re quàm in falſitate conſentire. Ibidem. 197.
69. Quotannis hæreticos ſuas fidei cōfeſſiones ſcribere, & cum eorum ſcripta nō modo ab aliis, ſed ab iſſiſſimæ explodantur eſſe omnino ridiculōs, nam ſi fiderent prioribus ſcriptis, non ſecundo ſcriberēt, ac cum maxime ſimulant ſe de fide ſcribere, tum maxime inſidias moliri. Ibidem. 197.
70. Quæ ab ipſis in angulis confarcinātur, ac proinde ſuſpecta ſunt, uolunt rata eſſe, & ualere apud omnes maxime laborantes, ut diſſoluant totius orbis conſenſum. Eadem. 198.
71. Hæreticorum proprium eſſe ex ſacris literis, hæreſes ſuas confirmare, uel, & falſis interpretationib. eas detorquentes, Athan. Edem. 134. 199.
72. In hæreticis, Iudeorum zelum, æmulationem, & inuidiam eſſe. Idem Orat: 3. ad Adelpium fratrem & conſeſſorem. 199.
73. Cum unaquaq. hæreſis, ſui commentū parentem habeat diabolum, Chriſti tamen Seruatoris nomē profitetur, & Scripturæ dictionib. amicitur. Idem Orat. 1. Ad Episcop: Ægypti, contra Arianos. 199.
74. Diabolum hæreſum excogitatorē, Scripturarū uocib. obreſctum, uenenum in ſimplices aſpergere. Idē Orat: 2. contra Arian: 220.
75. Quoniam ex Sacris literis falſo ſua dogmata detorquent, reſpondendum eſt hæreticis, & diuina uerba à malitia eorum uindicanda. Eadem. 220.
76. Hæretici, niſi prauo, & ad omnem impietatem corrupto animo eſſent, toties reſutati erubeſcerent, ſed ut Hydræ capita, ſublatis priorib. pullulabant: ſic deieſti, & reſutati, nouas controuerſias ſemper inueniunt, his admurmurantes, illis ſuſurrantes, aliis ut culices bombo circumſtrepentes. idem Orat. 4. Cont. Arian: 201.
77. Hæretici à patrib. ſuis deficientes, uariis ſemper mutationib. iactantur, multas ſynodos inſtituunt, nouam ſemper fidē edūt, in quarū nulla perdurare poſſunt. Idē Epist. ad Orthodox. de Synodis Arimini celebratis. 202.
78. Propterea hæreticos in præcipiti cōſiſtere, qđ Traditionib. nolūt in hæreſe, ſed quæ ultra uires ſuas ſūt in lagare. idē lib. De Incarnatione Verbi Contra Paulum Samofatenum. 202.
79. Nemo eſt hæreticorum, qui non ſecundum ſcripturas prædicare ſe, blaſphemias ſuas meditetur. D. Hilarius lib: ad Cōſtantiū cōtra Arriā: C. 120. 203.
80. Quib. ſe ingenii artib. hætetica ſubtilitas circū agat. Idem de Trinit: lib: 7. Cap. 46. 203.
81. Cōſuſis permixtiſq. uerbis, ueritatē frequētiffimē eludūt hæretici. Lib: de Synodis aduerſ: Arriā: 203.
82. Si poſſent hæretici Dominū de throno ſuo, iterū ī crucē retraherēt, ſed uoluntatē hęc inefficacē eſſe cæleſtis thronus eſcit, lapides Iudei in corpus eleuauerunt, hi in ſpiritū, illi ī hominē ut putabāt, hi ī Deū, illi ī ignoratū, hi ī cōfeſſū, illi in moriturū, hi ī iudicē ſeculorū idē lib. 7. de Trin. 51. 204.
83. Hæreticos ab ſcripturis Porcos appellari qui quāuis unguis bifida: ſunt acceptā tamē Dei cognitio nē nō ruminādo diſponūt. idē Canone, 6. ī Math. 141. 205.
84. Doctrina hæreticorū dolosa eſt, ſub noīe Dei blaſphemia, ſub prætextu religionis impia, ſub ueritatis ſpecie falſa. idem Comam. pſal: 138. uiri ſanguinū declinate à me. 205.
85. Videntur ſibi hæretici de ſingulis quæ aſſerunt præſtare poſſe, ex Diuinis Scripturis rationem. idem lib. 4. de Trinit. Cap. 20. 206.
86. Tantū abeſt, ut hæretici ueritatem inquireriat, ut etiā per illos, qui eam inuenerunt, ipſis demōſtrātā, ſulcipere neq. potuerint, neq. iuſtinuerint. fieri. n. nequit, qui ueritatē inueniat, qui eā toto corde quærat. Iuſtinus Martyr. Quæſt. 4. ad Ortodos. 207.

87. Vt quod sol oritur super bonos, & malos, & id quod pluit super iustos, & iniustos, non eo fit, ut mali, & iniusti in malitia sua constabiliantur, sed ut uia ad iustam supplicium præparatur ita quod nonnulli hæreticorum, uirtutes operantur, non hoc fit ad eos in errore confirmandos. Idem quest. V. 208
88. Qui desperat, se posse in Catholica disciplina inuenire quod querunt, atteruntur erroribus, & si pseueranter inquirunt, ad ipsos fontes, unde aberrauerunt, post magnos labores fatigati, atque sitiētes & penè mortui reuertuntur. D. Aug. lib. 1. de Genesi contra Manich. 209.
89. Hæreses ab idolatria non distare, cum auctoris, & operis eiusdem sint, cuius, & idolatria. Tertullianus. Lib. de præscrip. hæreticorum. 210.
90. Ideo diuina prouidentia, multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cum insultat nobis, excutiamus pigritiam, & diuinas Scripturas nosse cupiamus. August. Lib. 1. de Genesi contra Manich. 210.
91. Hæretici etiam si essent in Ecclesia, nihilominus errarent, cum autem foris sunt, plurimum profunt. Idem Lib. de uera religio. Cap. 8. 211.
92. Deus donat prodesse nobis, non solum quod docet ueritatem, uerum etiam quod obstrepit uanitas; ut eum respondetur inquietissimæ uanitati, auscultetur sincerissimæ ueritatis. Idem lib. 1. aduersus Aduersariū. leg. & pph. 212.
93. Quod ex Deo non est, consistare diu non potest, Ideo hæreses ad tempus quidem uigere, diuturnas tamen non esse. Idem aduersus Sethianos. 212.
94. Quod hæretici, fabulas suas imaginantes tot sectas, producerint, diaboli factum esse consilio, qui omnem impietatem in animis hominum sœuit, & parturiunt. Ibidem. 213.
95. Diabolum qui audisset Christum à prophetis redemptionem fore omnium, putans se quoque misericordiam aliquid consequatur, non fuisse ausum, ante illius aduentum hæreses seminare, sed postquam uidit, Dominum de sua salute non laborare uenenum hæresum hominum mentibus inspirauit. Ibidem. 213.
96. Satanas per hæreticos nunc, & non antea, ausus est

- maledicere Deo, nam ipse, per semetipsum aperte non audens, ut initio per serpentem sic nunc quasi latens Deum claculum seduxit hominem. Itenæus lib. 5. ad uersus hæreses. 214.
97. Quemadmodum Sactorum prophetarum tempore etiam pseudoprophetae erant, ita & nunc permulti sunt falsi doctores, qui impia, & blasphema sub Christi nomine docuerunt. Iust. Dialogo contra Tryphonem. 215.
98. Hæretici qui putant se habere prophetiam, & imitantur Ecclesiam Dei ubi existimant esse uisionem ibi non erit & ubi iactant uaticinium prophetale ibi Spiritus loquitur immundus. D. Hierony. Michea. Cap. 3. 216.
99. Quod eiusmodi extant uiri, qui se Christianos profiteantur, ac lesu dum laudant, cum falsas doctrinas doceant: id Catholicos in fide constantiores reddere, quoniam id Christus euenturum prædixerit. Iustina contra Tryphonem. 216.
100. Ob quorundam uitia, non fuisse quod faciunt hæretici, Catholicam Ecclesiam descenda, August. Epist. 255. ad Macrob. Episco: Donatistam. 216.
101. Falsum esse pretextum, quo se ab Ecclesia Catholica hæretici separarunt. Eadem. 217.
102. Vixisse pios & sanctos uiros inter improbos neque (cum eorum nosset improbitatem) aliam sibi Ecclesiam constituisse Ibidem. Epist. 48. ad Vicentium. 218.
103. Non inquinari eos qui boni sunt, quod inter malos uiuant. Ibidem. 219.
104. Qui in Ecclesie unitate non sit, etiam si pro Christo moriatur, non posse coronari. Ibidem. 221.
105. Hæreticos sanctiones se facere sanctis Martyribus: qui inter auaros, insidiatores, & usurarios fratres, se uiuere conuenerant, nec tamen ob eorum iniquitatem ab Ecclesie unitate recedant. Augustin. Vbi supra. 220.
106. Impie facere hæreticos, qui ob Zizania si qua uident in Ecclesia Catholica, dicant se ab ea recedere. Ibidem. 222.
107. Hæretici, cum uirgam ferream, & uentilabrum etiam sumant ad purgandam Ecclesie aream, maiores se

- Domino faciūt, Ibidē Epist. 48. ad Vincentiū. 222.
108. Iniquissimos esse Hæreticos qui aliquorū Catholico-
 rum uiciis commotos dicant se Ecclesiam nostrā
 deserere. Eadem. 223.
109. Nullam potuisse hæreticos causam iustā habere,
 qua à cōmunionē fidelium se separauerint, nec ideo
 eos iustiores, quia pauciores, non enim in meridie
 cū Ecclesia pascunt aut cubant, sed in secretis & la-
 tentibus angulis. Ibidē. 224.
110. Nisi hæretici ecclesiā quærerēt i iustitia propria:
 nō se à cōmunionē fidelium separassent. Eadē. 226.
111. Hæreticos tantam sibi arrogare iustitiam, ut Dei
 iustitiā ignorātes; & tuā uolētes cōstituere, iustitiæ
 Dei subiecti non sint. Idem August. Epist. 50. ad Bo-
 nifacium Commitem. 226.
112. Falso iactare hæreticos se in ea esse Ecclesia, quæ
 nō habeat maculā aut rugam. Eadem. 227.
113. Mētiri hæreticos qui se in uera Ecclesia quæ sine
 peccatis est, esse dicant. 229.
114. Hæreticos nullo modo posse tenere Iustitiā, quan-
 diu ab unitate Ecclesiæ fuerint separati. Ibidē. 229.
115. Falsū esse quod hæretici iactāt, Ecclesiā nostrā, sū
 uera ē Ecclesia nō habiturā esse maculā aut rugā.
 Ex Epistola ad duas Questiones Dardani 57. 230.
119. Hæreticos nō audire quod est in Scripturis in ue-
 ra Ecclesia, cum his qui oderunt pacē debere esse
 pacificos, Idē Epistola 69. ad Rusticū diaconū. 231.
117. Nūqua in Scripturis Veter. Testamēt. iustos & sã-
 ctos ob malos & impios admixtos, fecisse, discesio-
 nē, sed eos tollerasse ob uinculum pacis tuendum.
 ex Epistola. 162. Contra Donatist. pertinaciam, &
 Epistola. 164. ad Emeritum Donatistam. 232.
118. Idē ex nouo testamēto apparere, Eadē, & Episto-
 la. 163. Eleusio & Glorio. 234.
119. Hæreticos quod fugere se dicant Zizania, eo no-
 mine ostēdere se esse Zizania, non frumētum. Ibidē
 Epist. 171 ad omnes Donatistas. 235.
120. Non qui malos tolerat, sed qui eorū factis conten-

- tit, iis communicare. Ibidem. 236.
121. Quam insolēter hæretici non de terra, sed de Cæ-
 lo se faciant Idē Epist. 48. ad Vincentium contra
 Donat. & Rogati. 236.
122. Hæreticos propter paleā quā dicūt admixtā re-
 liquisse areā Do. propter malos pisces rupisse retia,
 propter hædos, deseruisse Dominicum gregem. Ibi-
 dem. 237.
123. Hæreticos schismate immundos mundū gregē ha-
 bere nō posse, & donec ueniat princeps pastorū,
 oues simul cū badis, id est bonos cū malis, pascere,
 Ex eodē Epist. 209. ad Feliciam uirginē. 237.
124. Oves Christi etiam per malos doctores, illius uō-
 cē audire, & unitatē illius nō relinquere. Eadē. 238.
125. Possē metu Legū Imperialiū hæreticos ad Ecce-
 siæ unitatē reduci Idē Aug. ustinus Epist. 50. ad Bo-
 nifacium comitem. 239.
126. Falsum esse quod obrudūt nobis hæretici nemē
 nē posse iustē aliū persequi, & quod persecutionē à
 Catholicis patiātur, idcirco apud se ueram esse Ec-
 clesiam. Eadem. 241.
127. Hæreticos ideo miseros, quod si persecutionē pa-
 tiātur propter iniusticiam tamē patiātur, iustamq.
 esse eā persecutionē, quā ex dilectione faciat Cat-
 holica Ecclesia, Eadem. Itē Epistola. 163. ad Elusiu,
 & Glorium. 241.
128. Multos saepe ex hæreticis timore suorū coactos ad
 Ecclesiæ grēmium non redisse, Eadem. 242.
129. Saluberrimas hæreticis existere imperatorias le-
 ges, quibus illi corriguntur, & ab errore reuocātur.
 Eadem. 243.
130. Ecclesia catholica hæreticos castigat, & stimulat
 quod ut medicus phreneticorum & lethargicorū
 quos medicina offendūt, salutem amet. Idē Episto-
 la. 167. ad Festum. 244.
131. Quantis & quā atrocibus malis & calamitatibus
 legū adminiculo sint liberati Catholici, quas ab he-
 reticis, pati cogerētur, nisi metu istarum legū eorū

- coerceretur immanitas. Ibidem. 245.
132. Vsq. ad finē seculi neceſſe eſt, eſſe in Catholica Eccleſia, & frumentum & paleam, quod negāt heretici Eadem. 247.
133. Contra hereticorum rabiē, & feritatē neceſſe eſſe Catholicis, Catholicorum principiū auxilia poſtulare Eadem. 247.
134. Apoſtolos, quod nondum tunc temporis ulli eſſe catholici principes, non petiſſe eorum auxilia, contra Eccleſiæ hoſtes Eadem. 249.
135. Catholicos principes debere curare ne Eccleſia Catholica ab hereticis oppugnetur, Eadem 250.
136. Qui doctrina non poſſunt, p̄narum etiam timore ad Eccleſiæ Catholicæ fidē cogēdos. Eadē. 251.
137. Cū Scriptura ait uerbis: Nō emendabitur ſeruus durus, tacite admonuit unde debeant heretici à catholicis emendari, Eadem. 251.
138. Chriſtus ad Eccleſiā ſuam quosdā ſolo uerbo uocaffe, quosdā uero ſuæ poteſtatis coegiſſe, ut quid nobis faciendū ſit indicaret. Eadē 252.
139. Oves quæ ab eccleſiæ grege aberrarint, ſi reſiſtere uoluerint: eſſe etiā ad ouile Dominicū flagellorū terroribus reuocandas Eadem. 253.
140. Catholicā Eccleſiam in quibusdā cogēdis Chriſtum Dominum imitari. Eadem. 254.
141. Recte catholicam Eccleſiam iſta poteſtate cōtra hereticos & ſchismaticos uti. Eadem. 255.
142. Quod Catholici periclitatē Eccleſia Chriſtianorū principum poteſtatem implorant, recte id, nec ſine Sanctorum exemplo facere. 256.
143. Nō eſſe crudelitatis, quod Catholica mater Eccleſia quorundā, aduerſus eam bellantium perditionē ceteros tā multos colligit, & eorū liberatione dolorem materni cordis lenit. Eadem, 256.
144. Catholicorum principum legib. fieri, ut multi ab hereticorū manib. & pernice liberētur. Eadē. 158.
145. Falſo cōquæri hereticos, quod ut eorū bona poſſideamus, uolente legū imperio coarctemus. 158

*D. Joannes Damasc. Orat. de Transfigu-
rat. Domini.*

ADVERSUS Ecclesiam inferorum portæ, hæ-
reticorum ora, dæmonum organa, impetum quidem
facient, sed non præualebunt; arma quidem induer,
sed non expugnabunt. Sagittæ paruulorum plagæ eo-
rum fuerunt, & erunt. In suam enim perniciem mala
fabricatur, qui ueritati obsistit.

BARTHOL. VALVERDII
GANDIÆ VILLENATIS, S. THE. D.

ex Sanctis Patribus Quomologia, id est, in si-
gniores aliquot sententiæ, quibus Ca-
tholici, in Fide, & Religione confir-
matur, & qui ab Ecclesia discer-
serunt, red arguunt, & ab er-
rore reuocatur.

AD ILLUSTRISS. DOM. D.
Iohannem Borgium, Francisci Du-
cis F. Philippi Reg. Cathol.
apud Casarem, Legatum.

C A P V T I

Qui se pro Christianis, hæresiarum nominibus gan-
dent appellari, in eis illud Prophetæ non impletis:
Vocabitur nomine nouo quo Dominus nun-
cupabit eum ex D. Ignatio, Epist. ad
Magesianos.



IGNOS NOS EXHIBEAMVS
cognomēto quod accepimus
qui enim alio nomine appella-
tur, præter illud, si nō est Dei,
non suscipit prophetiam illā,
quæ de nobis ait: Vocabitur nomine nouo,

I
Ex Isa. 62.
Lati. uocabi-
tur tibi no-
men nouum,
quod os Do-
nominabit.

quo dominus nuncupabit eum, & erit populus sanctus quod impletum est primo in Syria, nam in Antiochia, discipuli Christiani appellati sunt, Paulo & Petro Ecclesiam fundantibus.

Qui inani sonitu, pompaq, uerborum, Christum, & perum Euangelium predicare se dicunt, mulso cicutam bibentibus temperare, & cauponari uerbum Euangelii. Cap. II.

2 SIT IS instructi eodem sensu, & eadem intelligentia, sunt enim quidam uaniloqui, & metis seductores, non Christiani sed Christum mercantes, in fraudem circumferentes nomen Christi, & cauponantes uerbum Euangelii, & erroris uenenum, blando alloquio implicantes, tanquam mulso cicutam temperantes, ut qui biberit, dulcissimi saporis gustatu deceptus, incaute morte transfigatur.

Abusum ad Isa. uerba Cap. I. Vinum tuum mixtum est aqua quae faciunt cauponas.

Lupos esse sub ouium pellibus. etiam si signa, & prodigia facerent, qui praeter ea quae statuta sunt, quidquam annunciarit. Idem Ignatius Epistola ad Heronem. Cap. III.

3 QVIS QVIS dixerit praeter illa quae statuta sunt, etiam si fide dignus sit, etiam si ieiunet, etiam si Virginitatem seruet, etiam si

gna faciat, etiam si prophetet, lupus tibi censeatur; sub ouis pelle, ouium corruptionem molens.

Qui in cœtu sacrificiorum, ab Ecclesia seiunctus est, etiam si modestam summam, & sanctitatem praefereat lupum esse Idem, Epist. ad Ephesios Cap. IIII.

4 QUI ab Ecclesia seiunctus est, nec conuenit in cœtu sacrificiorum. & Ecclesia, primo genitis descriptis in coelo: lupus est sub ouis pelle, mitem praefereens formam.

Si alienarum uxorum corruptores, pena capitali plestuntur, quanto magis, adulterantes uerbum Dei, aeternas penas luunt. Idem eadem Epistola Cap. V.

5 SI qui humanas domos corrumpunt, morte condemnantur, quanto magis qui Christi doctrinam adulterare conantur, aeternas luunt poenas.

Adulterantes uerbum Dei.

Fugiendam esse diuisionem unitatis, & ubi pastor sit, eo oues sequuntur. Idem Epist. ad Philadelph. Cap. VI.

6 UT filii lucis, id est ueritatis, fugite diuisionem unitatis, & malam doctrinam haereti

Hæretici, ut harpyæ, contactu omnia fadant immundo.

corū à quibus coinquinatio peruasit in omnem terram, ubi autem pastor est: illuc sicut oues sequimini, multi enim lupi pellibus ouium induti, mala uoluptate captiuos detinent ad Deum currentes &c.

Hæreses malas esse herbas, quas nec Christus seminauit, nec coluit, nec Pater cælestis plantauit Eadem Cap. VII.

7
Mala herba.

A B S T I N E T E ab herbis malis, quas Iesus Christus non seminauit, nec coluit, sed homicida fera, quod non essent ea plantatio patris, sed sementis diaboli nequam.

Hæreticos, feras esse humanam formam gerentes, orandumq. pro eis, Idem ad Smirnenses Cap. VIII.

8
Feras, cum quib. pugnasit Ephesi, Paulū interpretatur Philip. presby cōm. Job. 5.

P R Æ M V N I O uos à feris humanam formam gerentibus, quas non modo auertere, uerum etiā oportet effugere, duntaxat pro eis orate, si quomodo pœniteat eos.

Hæreticorum conuiciis & iracundia, mansuetudinem, lenitatem, & preces ad Deum opponendas, Idem ad Ephesios Cap. IX.

Orādum pro hæreticis; Vide Arnob. lib. 2. cont. Gentes

E S T O T E ergo ad iracūdias eorum humiles; opponite conuiciis, & blasphemis eo

rum assiduas preces; ipsis oberrantibus, stante uos in fide stabiles, uincite feroces mores in mansuetudine, iracundiam lenitate.

Cum hæret. quib. armis pugnandum.

Hæreses Diaboli esse adinventiones. Eadem, Cap. X.

F V G I T E impias, & Deum abnegantes hæreses. Diaboli enim sunt adinventiones, serpentis malorum auctoris, qui per mulierem seduxit Adam, patrē generis nostri.

10

Hæreticos, canes esse mutos, serpentes se contrahentes, aspides, basiliscos scorpiones, Idem Epist. ad Antioch. Cap. XI.

C I R C U M S P I C I T E malignos operarios, hostes crucis Christi, quorum finis est perditio, quorum gloria in dedecore sui. Circūspicite canes mutos. Serpentes se contrahentes, dracunculos squamosos, aspides, basiliscos, scorpiones, hi enim sunt Thoes astuti, simiæ hominum imitatrices.

Isai. 56. Thoes bestia (equit Suid.) ex lupo & hyena genita

Non esse confidendum blandientib. nobis hæreticis Eadem Cap. XII.

N E Omnibus credatis, ne omnibus confidatis, ne si quidem quis tibi adblandiatur,

12

multi enim sunt ministri Satanae, & qui cito credit leuis est corde.

Hereticos canes esse mutos, rabidos, & occultè mordentes, eosq. insanabili morbo laborare. Epist. ad Ephesios. Cap. XIII.

13

QUIDAM nequissimi, solent dolo malo nomen Christi circumferre, alia quædam gerentes, quæ Deo indigna sunt, & sentientes contraria doctrinæ Christi, in sui pernitiæ, & credentium eis, quos nos oportet ut be-luas declinare. sunt enim canes muti, non ualentes latrare, rabidi, occultè mordentes, quod cauere oportet, insanabili enim morbo laborant.

Isa. 56

Heretici in-
sanabiles.

*Obturandas esse aures, iis qui Zozania seminare stu-
dent. Eadem Cap. XIII.*

14

NOVI quosdam, qui inter uos cursitant, malam doctrinam habentes, alieni & peruer-si spiritus, quibus non dedistis aditum, ut Zi-zania seminarent, obturatis auribus &c.

*Si unus est Deus, unus Christus, unus Spiritus S.
unumq. baptisma: una etiam debet esse Ecclesia,
& una fides. Idem ad Philipenses.
Cap. XV.*

SI unus est uniuersorum Deus pater Chri-sti, ex quo omnia, si unus & Dom. Iesus Chri-stus noster, uniuersorū Do: per quē omnia, si unus etiam Spiritus Sanctus, qui operatus est in Mose, & prophetis & Apostolis, si unum item Baptisma, quod in mortem Do: datur: una quoq. electa Ecclesia, una esse debet, & in Christum fides. &c.

15

*Hereticorum proprium, illud in disputando iactare: Nē
si in Euangelio sit, non credam. Idem ex Epistola
ad Philadelph. Cap. XVI.*

ROGO uos ne quid per contentionem agatis, sed per Christi disciplinam, audiui. n. quosdam dicentes, *Nisi in Archiuis Euange-
iii inuenero, non credam.*

16

Idem dicunt
nostri tempo-
ris heretici.

*Episcopis, qui, rationem Deo reddituri, pro animabus
nostris uigilant, nos subditos esse oportere. Idem
Ignati. Epistol. ad Trallianos.
Cap. XVII.*

EPISCOPO subditi estote, sicut Domi-no; ipse enim uigilat pro animabus uestris tanquam rationem Deo redditurus &c.

17

*Nihil, contra quam docent heretici, sine Episcopo, fide-
les agere oportere Ex eadem. Cap. XVIIII.*

18 **N E C E S S E** est quidquid faciatis, sine Episcopo nihil uos agere: sed & præsbyterorum collegio subditi estote, ut Apostolis Iesu Christi & c.

Sine Episcopo, qui Dei patris typus, & forma est, neque Ecclesiam esse, nec collectionem sacram, nec congregationem sanctorum. Eadem. Cap. XIX

19 **R E V E R E M I N I** eos tanquam Christum Iesum cuius loci custodes sunt; ut & Episcopus, Patris uniuersorum typus & forma est, Præsbyteri autem sicut confessus Dei, & coetus Apostolorum Christi, sine his Ecclesia electa non est, non collectio sacra, non congregatio Sanctorum.

Episcopus Dei patris typus.

Eorum quæ ad Ecclesiam pertinent, nihil sine Episc. ad Smirnens. Cap. XX.

20 **N E M O** absq. Episcopo, quidquam eorum agat, quæ ad Ecclesiam pertinent.

Quomodo errent heretici, qui sine Episcopo baptizant, offerunt, immolant, sacrificant. Eadem. Cap. XXI.

21 **N O N** licet sine Episcopo neq. baptizare, neq. offerre, neq. Sacrificiū immolare, neq. Dochen, id est Cœnam celebrare.

A Deo

A Deo punietur, qui Episcopos nullo honore prosequitur Eadem Cap. XXII.

Q V I honorat Episcopum, à Deo honorabitur, ut itidem, qui in honorat eum à Deo punietur. si enim qui contra reges insurgit, puniendus est, qui tranquillitatem, communemq. pacem dissoluat, quanto grauius supplicium meretur, qui sine Episcopo quidpiā facere tentat, & concordiam distrahit, & bonum ordinem confūditi? Sacerdotium enim est omnium bonorum in hominibus summa, & c.

22

Sacerdotiū dignitas.

Episcopum, ut Apostoli præceperunt, ut Christum esse uenerandum. Idem Epist. ad Antioch. Cap. XXIII.

V E N E R E M I N I Episcopum uestrum sicut Christum ut nobis beati præceperunt Apostoli.

23

Episcopos super omnes potestatem obtinere, præsbyteros, ut sacrum quoddam collegium, illius esse confessores, & consiliarios, Diaconos imitatores Angelorum, Atheum esse qui illis non obediuerit Eadem. Cap. xxIIII.

Q V I D est Episcopus, nisi qui principatū

24

Z

Episcopus

Sacerdotes.

omnem, & potestatem super omnes obtinet, ut obtinere homo potest, qui est pro uiribus Christi Dei imitator? Quid uero præsbyterium, nisi collegium sacrum, consilium, & cōfessores Episcopi? quid item Diaconi, nisi imitatores Angelicarum uirtutum, ei ministrantes ministerium purum, & immaculatū, ut Sanctus Stephanus Beato Iacobo, & Timoteus, ac Linus Paulo; & Anacletus, atq. Clemens Petro? qui igitur his inobediens fuerit, Atheus, & impius omnino fuerit, & Christum improbens, ac eius ordinationem imminuens.

Iniquum esse, & Deo odiosum, quod faciunt heretici, qui sua omnia decernunt, sanciant, probant sine Episcopo. Eiusdem ex Epist. ad Mag. cap. xxv.

25

Nihil sine Episcopo.

SICUT Dominus sine patre nihil facit (non possum enim ait facere à me ipso quidquam) sic etiam & nos sine Episcopo, neq. præsbyter, neq. diaconus, neq. laicus. Neq. quid uideatur uobis rationi consentaneum, præter illius sententiam, tale enim iniquum est, & odiosum Deo.

Solum Sacerdotum esse baptizare, sacra facere, manus imponere Epist. ad Eronem cap. xxvi.

N I H I L sine Episcopis agas, sacerdotes enim sunt, tu uero minister Sacerdotum, illi baptizant, sacra faciunt, ordinant, manus imponunt &c.

26

Hereticos, qui Paulum semper in ore habent, Paulum non intelligere Irraneus lib. 4. aduersus hereses cap. xxvii.

N E C E S S A R I U M est, subiungere pauli doctrinam & examinare sententiam eius, & Apostolum exponere, & quæcunq. ab hereticis in totum nō intelligentibus, quæ a Paulo dicta sunt, alias acceperūt interpretationes, explanare, & dementiam insensationis eorū ostendere, & ab eodem Paulo, ex quo nobis quæstiones inferunt, manifestare illos quidē mendaces, Apostolum uerò predicatorem esse ueritatis, & omnia consonantia ueritatis præconio, docuisse,

27

Hereticos peruersissimos esse sophistas Idem lib: 4. cap. 2. cap. xxviii.

Q U E M patrem uolunt nos audire, hi qui sunt Pandoræ peruersissimi sophistæ?

28

Hereticos dogmata sua, orationis ornatu subdole tegentes, rudiores, quosq. decipere. Idē lib: 1. Cap. 1. Cap. xxix.

Z 2

19 **E**RROR hæreticorum, secundum semet ipsum, non ostenditur, decipiunt rudiores ne denudatus fiat comprehensibilis. sua forio autem cooperimento sub dolè adornatus, & ipsa ueritate, (ridiculum est dicere) uerriorem semet ipsum præstat, ut decipiat exteriori phantasmate rudiores. Igitur ne fortè & cum nostro delicto abripiantur, quidam quasi oues, à lupis, ignorantes eos, propter exterius ouilis pellis superindumentum, à quibus cauere denuntiauit nobis Dom: similia nobis quidem loquentes, dissimilia uero sentientes, &c.

Hæreticorum peculiare esse, eas quibuscum agant, & corpore, & animo corrumpere. Ibidem. Cap. xxx.

50 **Q**UIDAM carnis uoluptati infatiabiliter interuientes, carnalia carnalibus, spiritualia spiritualibus reddi dicunt, & quidam quidem ex ipsis, clam eas mulieres quæ discunt ab eis doctrinam corrumpunt, quemadmodum multæ sæpe ab iis suasæ; post conuersæ mulieres ad Ecclesiam Dei, cum reliquo errore, & hoc confessæ sunt, alii uero manifestè, ne quidem erubescerent quascunq; ada-

mauerint, à uiris suis abstrahentes, suas nuptas fecerunt, alii ualdè modesti initio, quasi cum fororibus fingentes habitare procedente tempore manifestati sunt, grauida sorore à fratre facta, & alia multa odiosa, & execranda facientes, &c.

Hæret. modestia, & continentia.

Eos qui hæreticis assentiuntur, ut qui cæci, cæcis ducibus utantur, cadere in profundam ignorantiam barathrum. Idem lib. 2. Cap. 29 Cap. xxxi.

HI qui assentiunt his, uere cæci, cæcis ducibus utentes, iustè currunt in subiacentem ignorantiam profundam. 31

Hæreticos Diuinas Scripturas malè exagitare, & uocibus hinc inde confarcinatis, centonibus quasi Homerius ex Scriptura compositis, adulterina sua dogmata persuadere conari. Lib. 1. cap. 1 cap. xxxii.

SCRIPTURAS exagitant, ut hypothesis suam effingant, ac de inde uoces quasdam, & nomina, quæ uariis locis sparsa sunt, in unum collecta, ex genuino uti iam diximus, sensu ad adulteri num traducunt, perinde utiq; facientes, atq; illi qui argumenta qualibet sibi proponunt, ac tum dant operam ut Homeri uersibus ea connexant, adeo ut 32

*Homero cen-
tones.*

imperitissimi quique. Homerum de illo recē
elaborato argumento, uersus huiusmodi
condidisse putent, ac, multi per ritē compa-
ctam uersuum seriem eō adducuntur, ut am-
bigant num Homerus ita hæc lucubravit.
Ad eundem modum, qui ueritatis normam,
quam per baptismum accepit, firmam. in se
atq. constantem retinet, uocabula quidem
ē Scripturis perita, & dictiones, & parabolas a
gnoscat, at nefarium, & impium argumentum
haud agnoscat.

*Hæreticos, ut rudiores, ac simplices ad se trahant,
simulare se nihil aliud, à Catholicorum doctrina
trahere, maxime q. conqueri apud plebem
solitos, quod cum eadem sentiant, quæ
Catholici, sine causa ab eis absti-
neamus Idem lib. 1. cap.
XX. cap. XXXIII.*

33

Hi ad multitudinem, propter eos qui
sunt ab Ecclesia, quos communes Ecclesia-
sticos ipsi dicunt, inferunt sermones, p quos
capiunt simplices, & illiciunt eos simulā-
tes nostrum tractatum, ut sæpius audiant, qui
& quærentur de nobis, quod cum similia no-
biscum sentiant, sine causa abstinemus nos
à coniunctione eorum, & cum eadem dicant,

& eandem habeant doctrinam, uocemus il-
los hæreticos, & cum deiecerint aliquos à fi-
de per quæstiones quæ fiunt ab eis, nec nō
contradicientes, auditores suos fecerunt, his
separatim inenarrabile Plenitudinis suæ e-
narrant mysterium. Decipiunt autem om-
nes, quia quod est in uerbis uerisimile, sepu-
tant posse discere à ueritate, suaviorum enim
& uerisimilis est, & exquirens fucos error, si-
ne fucos autem est ueritas, & propter hoc pue-
ris credita est.

*De Pleroma
te hoc, fuisse
Irenæ.*

*Veritas sine
fucos.
Nisi effici-
mini sicut
paruuli.*

*Qui uelis hæreticos conuincere, eorum etiam canones,
dogmata, & argumenta teneat, oportet Idem
Lib. 4. in Prefatione. Cap. xxxVIII.*

EV M autem qui uult Hæreticos conuin-
cere, oportere diligenter scire regulas, siue
argumenta ipsorum, nec enim possibile est
alteri curare, quosdam male habentes, qui i-
gnorant passionem eorum qui male ualent.

34

*Hæreticos præ cæteris mortalib. omnib. gloriari, se
omnium rerum scientiam habere, Lib. 1. cap. 1.
Cap. xxxV.*

E A Ponunt, quæ nec prophetæ unquam
prædicarunt, nec Apostoli tradiderunt, se

35

præ ceteris omnibus mortalibus, rerum omnium scientiam præceptam habere gloriantur, quædam uidelicet de ijs quæ literarum Sacrarum monumentis haud quaquam prodita sunt lectitantes, & quod dici solet, fune ex arena necere studentes probabiliter interim, atq. ad faciendam fidem appositè, uel parabolas quasdam Dominicas uel propheticas uoces, uel Apostolica uerba, iis quæ dicta sunt, accommodare conantur, ut ne commentum suum nullius testimonii auctoritate, niti uideatur, ita tamen ut Scripturarum ordinem, seriemq. transilient, ac quantum in ipsis est, ueritatis membra dissoluant.

Funem ex arena necere.

Hereticos, cum ex Diuinis litteris redarguantur, uel eas accusare quod minus rectè habeant, uel eorum auctoritatem eleuare Idem lib. 3. cap. 2. cap. xxxvi.

36

CVM ex Scripturis arguantur, in accusationem conuertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non rectè habeant, neq. sint ex auctoritate, & quia uariè sint dictæ, & quia non possit ex iis inueniri ueritas, ab his qui nesciant Traditionem.

Accusant scripturas heretici.

Here-

Hereticos, ut Scripturæ auctoritatè fugiât, ad Traditiones aliquando cõfugere, cū Traditiones obiiimus, eas reicere, iactantes se ipsis Traditionū auctorib. multò melius ueritatè inuenisse. Ibidè cap. xxxvii.

VNVS QVIS Q. illorum omnimodo puerus, semetipsum, regulam ueritatis deprauans, prædicare non confunditur. Cum autè ad eã iterum Traditionem, quæ est ab Apostolis quæ per successiones præbyterorum in Ecclesiis sustoditur prouocamus eos, aduersantur Traditioni dicentes, se non solum præbyteris, sed etiam Apostolis, existentes sapientiores, synceram inuenisse ueritatem.

37

Traditiones. Faciunt se sapientiores Apostolis.

Hereticos inter se disceptantes, maximè affectare, ut nouum aliquid subinde inueniant, quod nusquam quisquam excogitarit Lib. I. Cap. 18. Cap. xxxviii.

CVM heretici disceptant adinucem, & doctrina & eruditione, & qui recentiores eorum agnoscuntur, affectat per singulos dies nouum aliquid adinuenire & fructificare quod nunquam quisquam excogitauit.

Hereticos quamuis ex differentib. locis egrediantur, & differentia doceant, in idem tamen blasphemiam propositum conuenire Idem Prefatione Lib. 4. Cap. xxxix.

Aa

39

QUEM AD MODUM serpens Euam seduxit, promittens ei quod non habebat ipse, sic hæretici prætendentes maiorem agnitionem & mysteria inenarrabilia, in mortem demergunt sibi credentes, Apostatas eos constituentes ab eo, qui eos fecit. Et tunc quidē Apostata Angelus per Serpentem inobedientiam hominum operans, existimavit latere se Dominum, qua propter eandem ei formam & appellationem tribuit Deus. nunc autē quum nouissima sunt tempora, extenditur malum in homines, non solum Apostatas eos faciens, sed & blasphemos in Plasmatorum instituit, multis machinationibus, id est, per omnes hæreticos qui prædicti sunt, Hi enim omnes quamuis ex differentibus locis egrediantur, & differentibus locis egrediantur, & differentia doceant, in idem tamē blasphemiam concurrunt propositum, lætali ter uulnerantes.

NUM. 45.

Quæcumq. summa cum grauitate dixerint omnes hæretici omnia eo spectant ut Deum blasphement, & hominib. perniciem afferant. Ibidem Cap. XL.

40

QVÆCVNQ. cum grauitate summa di-

xerint oēs hæretici, ultimo tandē huc oīa redeunt, ut blasphement Fabricatorē, & cōtradican saluti plasmatis Dei, quod quidem est caro, propter quam omnem Dispositionem fecisse filium Dei, multis modis ostendimus.

Quicumq. à principali Ecclesia successione, se separarunt suspecti habendi sunt, quod à ueritate deficiant, & quæstus uanæ gloriæ causa id faciant Idē Lib: 4. Cap: 43. Cap. XLI.

Quæcumq. ad Incarnationis mysterium spectans, Graeci Dispositionem, seu Dispositionem uocant, Irenæus uerò Græce, & Latine scripsit, adhuc dubitatur.

RELIQVOS qui abstant à principali successione, & quocumq. loco colliguntur, suspectos habere, uel quasi hæreticos, & male sententiæ, uel quasi scindentes, & elatos, & sibi placentes, aut rursus ut Hypocritas, quæstus gratia, & uanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem decidunt à ueritate.

41

Qui alienas doctrinas in Ecclesiam inducunt, eandem penā a Deo, quam Nadab, & Abiud, Chona, & tan & Abirom percepturi sunt. Idem Cap. XLII.

HÆRETICI quidem alienum ignē afferētes ad altare Dei, id est alienas doctrinas, à cœlesti igne comburentur, quemadmodū Nadab, & Abiud. Qui uero exurgunt con-

42

Aa 2

tra ueritatem, & alteros adhortantur aduer-
sus Ecclesiam Dei, remanent apud Inferos,
uoragine terræ absorpti quemadmodū qui
circa Chore, Datan, & Abiram, Qui autē
scindunt & separant ueritatem Ecclesiæ, eam
dem quam Hieroboam poenam percipiunt
à Deo &c.

*Omnes hæretici qui se plus aliquid præter ueritatem
inuenire putant, cum semper quarant, nunquam
tamen uerum inuenire, plurisq. esse religio-
sum idiotam, quàm blasphemus, im-
pudens q. sophistas Idem lib.
5. Cap: 20. Cap. XLIII.*

43
*Religiosus
Idiota, plu-
ris est q. blas-
phemus so-
phista.*

QVI relinquunt præconium Ecclesiæ, im-
peritiam Sæctorum præbyterorum arguunt,
non contēplantes quanto pluris sit idiota re-
ligiosus, à Blasphemo & impudente sophista,
tales sunt autem omnes hæretici, & qui se-
plus aliquid præter ueritatem inuenire pu-
tat, sequentes ea quæ prædicta sunt, uariè &
multifomiter, & imbecille facientes iter, de
eiisdem semper non easdem sententias habē-
tes, uelut cæci à cæcib. circumducuntur, iu-
stè cadent in sublatentem ignorantia foveã,
semper quærentes, & nunquam uerum inue-
nientes,

*Ecclesiam paradysum esse à Domino in hoc mundo plantatam,
ab omni ergo ligno paradisi, id est, ab omni Diuina Scri-
ptura, esse sumendam, elatum uerò hæretico-
rum sensum, quem ipsi, agnitionem se habe-
re boni & mali iactantes, profitentur
non esse tãgēdū. Ibidē. C. XLIIII.*

FUGERE oportet, sententias ipsorum,
& intentius obseruare, uti ne uexemur ab ip-
sis, confugere autē ad Ecclesiam, & eius sinu
educari, & Dominicis scripturis enutrirī.
Plantata est enim Ecclesiæ paradysus, in hoc
mundo, ab omni ergo ligno paradisi escas,
manducabis, ait Spiritus Dei, id est ab omni
Scriptura Dominica manducate, super ela-
to autem sensu, ne manducaueritis, neq. te-
tigeritis uniuersam hæreticam dissensionē,
ipsi enim confitentur, semetipsos agnitionē
habere boni & mali, & super Deum qui fecit
eos iaculantur sensus suos impios supra igi-
tur sentiunt, quā est mensura selsationis &c.

44
*Tutiss. Ecce-
sia fines.*

*Ecclesia pa-
radysus.*

*Ab omni li-
gne paradisi
comode, quid
sit.*

*Hæreticos cum de priuatis reb. inter se, similitates ge-
rant, odio tamen, inimicitiaq. communi, aduen-
sus ueritatem conspirare. D. Athanasius
Oratio 2. contra Anianes C. XLV.*

HÆRETICI cum antea inter se contē-
tiosi sint, nunc ut Herodes & Pontius in blas-

phemias aduersus Christū consentiunt qua propter merito quis eos exosos habeat, quod cum de priuatis rebus inter se similitates gerant, odio tamen inimicitiaq. communi aduersus ueritatem cōspirent, & in impietate aduersus Dom: fœdera conglutinant, seseq. mutuo amplectuntur, securi quid uis facere, & pati, modo id, quod semel animo conceperint, tueantur.

*Licet heretici annuncient Scripturas, cum ab unctio-
ne Spiritus S. quam habebant recesserint, eo ipso
ostendere se Antichristos esse. Didymus
Alexand. Comment. in primam Ioā.
i Epist. Canon. Cap. 2.
Cap. XLVI.*

ET nunc Antichristi multi facti sunt, licet annuncient Scripturas, non sunt respiciendi, cum utiq. ab earum uoluntate recesserint, & ad impios sensus accesserint, palam facti sunt enim recedentes ab Unctio[n]e quam habebant à Sancto Spiritu, eo uidelicet ostentantes quod sint Antichristi.

*Christum tantum, & eius unctio[n]em in illis permanere
qui Christi anismi sunt participes. Ibidem
Cap. XLVII.*

CHRISTIANISMI quicumq. sunt participes, Christi in eis permanet unctio id est Chrisma à Sancto percipientes, ut possint scientiam spiritualium habere cunctorum; dū illi sunt Antichristi, qui ab Ecclesia Saluatoris abscesserint, ut etiam præsidere uideantur hæresibus.

Qui contraria sapiunt, quam Christi confitetur Ecclesia Antichristos esse. Ibidem cap. XLVIII.

QUI semetipso[s] à collegio fidelium segregant, Antichristi sunt. quomodo enim non sunt Antichristi, qui contraria sapiunt, quam Christi confitetur Ecclesia?

*si Ecclesia Catholica corpus est Christi, & extra hoc corpus neminem uiuificat Spiritus S. non habent ergo Spiritum S. qui sunt extra Ecclesiam.
Ibidem Cap. XLIX.*

ECCLESIA Catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem uiuificat Spiritus S. quia sicut ipse dicit Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Nō est autem particeps diuinæ charitatis, qui

Hostis est unitatis. Non habent itaque Spiritum S. qui sunt extra Ecclesiam. De illis quippe scriptum est: Qui se ipsos segregant animales, spiritum non habentes.

Hæretici, quia iacere se abiectissimè sentiunt, si eorum auctoritas cum auctoritate Catholica conferatur: sonantur auctoritatem Ecclesie stabilissimam labefactare Aug. Ibidem

Cap. L.

30 SED tamen hoc facere coguntur, quia iacere se abiectissimè sentiunt, si eorum auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. Conantur ergo auctoritatē stabilissimā fundatissimæ Ecclesiæ, quasi rationis nomine, & pollicitatione superare. omnium enim hæreticorū quasi regularis est ista temeritas

Hæreticos, si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbarent, antea tamen quàm res novas molirentur, nos admonere debuisse, Nazanz

Epistola 1. ad Cleodionem presbyterum

Cap. LI.

31
Alludit ad illud Ezechi. 16. Diuisisti pedes tuos omni transgressanti.

SCIRE cupimus, quæ nā hæc tanta sit, circa Ecclesiam nouandi libido, ut cuius uolenti, ac trāseunti, (ut Scripturæ uerbo utar,) gregem præclare ductum, atq. institutum di-

scer.

scerpere, ac furtiuis, ac clandestinis incurfionibus uel potius prædatoriis, & absurdis doctrinis populari, ac diripere liceat, nam si quod haberent, quod in nobis circa fidem, improbare ac reprehendere possent, qui nunc impetum in nos fecerunt: nec sic quidem tamē nobis non admonitis huiusmodi facinus aggredi par erat. Etenim hanc ab iis prius iniri rationem conueniebat, ut nos uerbis flecterent, aut doceri se ac permoueri sustinerent (si modo ipsi aliquo quoq. loco & numero sumus, ut Dei timore præditi, & pro fidei doctrina graues labores perpesi ac de Ecclesia bene promeriti) ac tum (si tum etiam) res novas moliri, sed tamen hac ratione contumeliosis atq. importunis hominibus, aliqua fortasse parata fuisset excusatio. Postea quam autem fides nostra, & scriptis consignata, & uerbis expressa, & hic, & remotioribus locis, tū in tranquillitate promulgata est: qui fit tandem, ut isti res huiusmodi aggrediatur, nostri cōtra silentio acquiescāt.

Non tam indignum esse, quod hæretici, perniciofa sua dogmata; per alios uersutiores, simplicioribus in-fundunt, quàm quod Catholicos in eadem esse opinione, ac sententia mentiuntur Ibidem Cap. LI.

Eb

52 **NEC** uero hoc indignum censendum est, (quamuis utique graue & indignū sit) quod homines isti pernicioſa ſua dogmata, ſimplioribus animis per alios uerſutiores, & ſceleratiores infundunt, ſed quod nos in eadē opinione ac ſententia eſſe mentiuntur, haurum ſuum hac eſca circumtegentes, atq; hoc fūco, & prætextu cupiditatem ſuam ne fariē explentes, ſimplicitatēq; noſtram, qua fiebat, ut non alieniorum loco eos habere mus, ſed fraternā beneuolentia complecteremur, in ſcleris occaſionem accipientes.

Actus hereticor.

Hæreticos, Scripturæ phraſin ignorantes, à litera decipi Eadem Cap. LIII.

53 **A** litera decipiuntur, ſcripturæ morem ignorantes.

Nouas preces, & psalmodiarum cantilenas, & ad menſuram modulationes inſtituere, perpetuum fuiſſe morē hæreticorum. Eadem Cap. LIIII.

54 **Q**UOD ſi proluxi libri, & nona Pfalteria, Dauidique ex aduerſo reſonantia, & uerſuū lepos pro tertio quodam teſtamento habentur: nos quoq; Pſalmos elaborabimus, & multa conſcribemus ac modulabimur quandoquidem ipſi quoq; Spiritum Dei habere ui-

debimur, ſi tamen ſpiritus gratia hoc eſt, ac non potius humana nouatio.

Cum conuincuntur hæretici, & ſi argumentorum premuntur, etiam ſi uerbis confiteantur, dolo tamen animo machinari Idem Epistoła 2. ad Cleodonium aduerſus Apollinarium. Cap. LV.

55 **C**UM autem communibus rationibus & argumentis à Scriptura luculenter expreſſis hæretici conuinci, ac premi ſe uident, tum uerò pijs quidem dictionibus confitentur, uerum circa mentem dolum ſtruunt.

Falſo hæreticos illud de ſe interpretari: Nos autem ſenſum Chriſti habemus, & quis ſit eorum uerborum ſenſus. Eadem Cap. LVI.

56 **S**IC quippe illud: Nos autem mentem Chriſti habemus, peruerſe ac perquam ſtolidè interpretantur, mentem Chriſti Diuinitatem eſſe dicentes, nos autem hūc locum more noſtro exponentes, nempe quod ii qui mentem ſuam ad illius mentis, quam pro nobis Saluator accepit, imitationem purgarunt, atq; ad eam, quantum fieri poteſt, compoſuerūt, mentē Chriſti habere dicuntur. Que madmodum & illi carnem Chriſti habere di-

Locus Pauli explicatus.

ci possint, qui carnem disciplina frenauerit, ac concorporei, & participes Christo, ea ratione facti fuerint, & sicut portauimus imaginem terreni ita (inquit) portemus Imaginem cœlestis.

Si hæretici absconditam, & ueram sapientiam mundo annunciant, inanem fuisse fidem nostram, frustra q̄. martyres martyrium, subiisse Eadem Cap. LVII.

57 **A**BSCONDIRAM post Christum sapientiam nobis annunciant, res lachrymis digna. si enim 30 his annis fides originē habuit cū 400 ferè anni, ab eo tempore fluxerint, quo Christus palam conspectus est: inane tanto tempore fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra, & Martyres quidē frustra martyrium subierunt, frustra etiam tales, tantiq̄. antistites populo præfuerunt.

Ut gypsum aqua permixtum, lactis colorem mentitur: ita hæretici ueram ac simplicem fidem Dominicā unius uerbi ueneni gutta inficiunt. Eiusdem ex Tractatu de fide Ruffino Interprete Cap. LVIII.

58 **H**I quibus multa nobiscum, paria sunt, facile possunt innoxias mentes, & soli Deo de

bitas, fraudulenta societate peruertere, dum malorum suorum uirus per bona nostra defendunt, nihil enim periculosius his hæreticis esse potest, qui cum integrè per omnia decurrant uno tamē uerbo, ac si ueneni gutta, ueram illam ac simplicem fidem Domini cam, & exinde Apostolicæ Traditionis inficiunt. Vnde uehementer nobis cauendum est, ne se uel sensibus uel auribus nostris huiusmodi aliquid latenter insinuet, quia nihil tam cogit in mortem, quam sub intentu fidei integritatem eiusdem fidei uiolare; ut enim gypsum aqua permixtum, lactis colorem mentitur, ita hic per uerissimilem confessionem traditio inimica suggeritur.

Hæreticos Syllabas quasdam Scriptura auersari, atq̄. ad uoces impingere. Idem Orat. 44. in sanctam Pentecostem LIX.

59 **A**T Syllabas auersamini, atq̄. ad uoces impingitis, lapisq̄. offensionis, & petra scandali hoc uobis efficitur, (nec mirum cum Christus quoq̄. ipse nonnullis scandalo fuerit, humanus is quidem affectus, uerum spiritua liter inter nos hanc controuersiam transigamus: fraternæ potius Charitatis studium

quàm perditum nostri amorem prænobilis
feramus.

*Hereticos si aliquando prophetis scripturis utantur: non
omnib. uti, & iis truncatis, ac mutilatis, paucas uoces
carpentes, nulla contexturæ ratione habita, unde
omnē ueritatem euerfunt. Ex Clémente
Alexandrino, Stromaton Lib: 8.
Cap. LX.*

60

QVOD si prophetis quoq. scripturis
uti ausi fuerint, qui persequuntur hæreses,
primùm quidem non omnibus, deinde non
perfectis, neq. ut dictat corpus & contextu-
ra prophetiæ, sed eligentes ea quæ dicta sunt
ambiguè, traducunt ad proprias opiniones,
paucas uoces sparsim carpentes, non id con-
siderantes, quod ex ipsis significatur, sed ipsa
nuda dictione utentes, Nam in omnibus ferè
dictis quæ adducunt, inueneris ipsos sola no-
mina attendentes, ut qui mutant, significata,
neq. quemadmodum dicantur cognoscant,
neq. iis quas afferunt allegationibus, ita ut
earum natura postulat utantur, Veritas au-
tem non inuenitur in eo quod transferat si-
gnificata, sic enim omnem ueram euerterit
ueritatem: sed in eo quod considerent, quid
Domino & omnipotenti Deo perfectè con-

ueniat, & eum doceat, & in eo quod confir-
ment unum quodque ex iis quæ demonstrā-
tur per scripturas, ex ipsis rursus similibus
scripturis.

*Propterea hereticos, ad ueritatem non conuerti, quod
nimium se ipsos amant, & tanquam si alterius es-
semus naturæ, non posse nos sua dogmata
intelligere, calūnientur. Idem Ibidem
Cap. LXI.*

NEQ. ergo uolunt conuerti ad ueritatē,
ut quos pudeat deponere commodum sui in
seipsum amoris: neq. sciunt qua ratione pos-
sint suas stabilire opiniones, Scripturis uim
afferentes. Cum autē ad falsa in uulgus pro-
ferendum dogmata procellerint, cum omni-
bus ferè scripturis euidenter pugnantes, &
semper à nobis qui contra eos dicimus con-
futati, quod reliquum est, nunc adhuc quoq.
sustinent, partim quidem ex prophetis ali-
qua non admittere, partim autem nos, tan-
quam qui simus alterius naturæ, non posse
quæ sunt illorum propria intelligere, calum-
niantur.

*Cum conuincuntur à nostris, sua negare dogmata, &
quæ occulte docere se posse gloriantur, aperte cō-
fiteri, erubescere. Ibidem Cap. LXII.*

61

NONNUMQUAM autem etiam cum conuincuntur, sua negant dogmata, apertè confiteri erubescunt quæ se seorsum sic docere gloriantur: sic enim in omnibus hæresibus uidere licet, persequendo ipsorum dogmatū nequitias. Nam postquam à nobis euersi fuerint, ostēdētibus ipsos apertè aduersari Scripturis, duorum alterum uidere licet, fieri ab iis qui præsuat dogmati: aut enim suorum dogmatū consequentiā, aut ipsā prophetiā, uel potius suam ipsorum spem despiciunt. Sēper enim sibi sumunt id quod eis uisum fuerit esse euentius, quàm post dictum est à domino per prophetas, & ab Euangelio, & etiā Apostolorum testimonio comprobatum & confirmatum.

Hereticos non de uno dogmate, sed de conseruanda hæresi laborare, magisq. curare ut uideantur, quàm ut philosophentur, & quiduis potius tolerare, quàm ut à seclæ sibi grato honore discedant. Ibidem cap.

LXIII.

62

CVM uiderent ergo sibi imminere periculum: non de uno dogmate, sed de conseruanda hæresi; non ueritatem inuenire (nam cum quæ sunt in medio posita & in promptu sunt

sunt apud nos legissent, ea ut uilia contempserunt.) sed quod est commune fidei superare contententes excesserunt à ueritate; Nā cum Ecclesiasticæ cognitionis non didicissent mysteria, neq. ueritatis percepissent magnitudinem, ut qui in perscrutando rerum profundo fuissent socordes, & superficie tenuis legissent, scripturas ualere iusserunt. Inani ergo sapientiæ, opinione elati, perpetuo litigant, apertè ostendentes, se magis curare ut uideantur, quàm ut philosophentur. Iam uero cum non necessariis rerum nitantur principiis, & humanis moti opinionibus, ut finis deinde eis necessario sequatur comparāt, sauciantur argumentis eorum qui uerā tractant philosophiam, & quiduis potius tolerant, & omnem, ut aiunt, redentem mouent, etiam si futuri sint impii, propterea quod non credant Scripturis, quàm à seclæ sibi grato honore traducantur, & à uulgo iactata in eorum Ecclesiis prima sede propter quam, illam quoq. conuiuialem, per eam quæ falso nomine appellatur Charitatem, primum accubitus amplectuntur &c.

Cc

*Hereticos aliquando eo immanitatis aduersus Catho-
licos processisse, ut carnifices, & homicida, &
quiduis potiusquam Christiani ab omni-
bus uocaretur D. Athanasius Orat.
ad Solitar: uitam agentes Cap.*

LXIII.

64

IN summa Impii hæretici ita erat feri & acerbi in omnes, ut carnifices, homicidæ, nefarii, delatores, malefici, & quiduis potiusquam Christiani ab omnibus uocarentur, quippe qui Scithas imitantes, rapuerint Eutychni subdiaconum, uirum probè Ecclesiæ inserviientem, quem primum scuticis usque ad mortem curauerunt uerberari, deinde ita moribundum in metallum mitti, & non quod uis metallum sed in id quod Phœno appellatur, in quod homicida condemnatus, non nisi ad paucissimos dies supesse potest, & quod immanius est, ne paucis quidem horis ad curationem uulnerum concessis, hominem statim in metallum deportarunt, prædicantes, si hoc fieret, omnes in metu futuros, & secum confociatum iri. Cæterum illorum longe auctus, cum imbecillior esset, quam & ad metallum perducii posset, ex dolore uulnerum in itinere decesit, & ita ille quidem cum gaudio mortuus est, possidens gloriam martyris.

rii, Impii autem ne ita quidem ullo pudore repressi sunt, habentes sicut scriptum est, immitia uiscera, imo quiddam prorsus satanicum, meditato studio designauerunt. Cum enim populi pro Eutychno precibus suis suppliciter intercederent, reiectis populorum precibus, quatuor pro eo bonos & in genuos uiros, & inter eos Hermiam lauanti pedes peregrinorum arripi inusserunt, quos dux multis plagis concisos in carcerem coniecit.

Apud eos, pro re hostili aliquando habitam misericordiam, & pauperum commiserationem Ibidem.

Cap. LXV.

APUD Manichæos misericordia non est, & pro re hostili habetur pauperum commiseratio.

Eosdem Catholicorum carnifices aliquando fuisse. Ibidem

Cap. LXVI.

MIRIFICI isti non hæreseos inuentores, nulla æque re, ut insidiis clari, omnia in contrarium faciunt, ipsi enim ultro carnifices effecti, & occultatos rimantur, ut eos latebris eruant; & occultatoribus insidias neunt, æque sibi inimicum, & occultatum & occultatorem arbitrantur, ita natura cruenti

Cc 2

sunt, & homicidæ, & scelerum ænulli, neq; satis pro dignitate uerbis quæ ipsi faciunt, esse ferri licet, atq; uide quod mihi scribenti de eorum sceleribus istud in mentem uenit, nū hæresis ista quarta sit filia eius hirundinis, quæ in Prouerbiis memoratur, ut quæ post tanta scelera, cedensq; illatas, non dum induci potest, ut dicat, Sufficit.

*Non latere hæreticos, errores suos dissentire à Sacra Script. sed tamen ad dolum simpliciorum, eam uerborum indolem præferunt ut rectum sensum habere uideantur. Idem Orat: 1.
Contra Arian: Cap. LXVII.*

67

NON eos latet, qui errores tuentur, quã longe, imo quam omnino illa hæresis dissentiat à Sacra Scriptura, sed tamen ad dolum simpliciorum de quibus Prouerbia mentionem faciunt: Simplex omni credit sermone, illi uero ueluti Diabolus ipsorum patet, transformatione uultus ad speciem Angeli conformant; eamq; uerborum indolem præferunt, ut rectum sensum habere uideantur, eumq; ubi persuaserint, eo miseros deducunt, ut diuersa alienaq; ab Scripturis sentiant.

In una quaq; hæresi uenire diabolus dicentem: Ego sum Christus, & apud me est ueritas omnesq; pugnancia inter se profiteri, nec alia in re quàm in falsitate consentire. Ibidem Cap. LXVIII.

IN singulis hæresibus ita transfiguratus diabolus dictiones subiicit præfete dolo. De illis enim dominus dixit, quod pseudochristiani & pseudoprophetæ excitabuntur, ut multi aberrent. qua propter Diabolus uenit in unaquaq; dicens: Ego sum Christus, & apud me est ueritas, omnibusq; tum priuatim, tum publice persuasit, Sycophanta ille, ut mendaciis niterentur, illud quoq; profus admirabile, omnes quotquot sunt hæreses, in fingendo diuersa pugnanciaq; inter se adferre, nec alibi nisi in falsitate sibi inuicem consentire, & copulari, neq; id mirum, cum unum habeant autorem, qui ipsis ubi libet mendacia affeminat.

68

Quotannis hæreticos suas fidei confessiones scribere, & cum eorum scripta non modo ab aliis, sed ab ipsis met explodantur esse omnino ridiculos, nam si fiderent prioribus scriptis, non secundo scriberet, ac cum maxime simulant se de fide scribere, tum maxime insidias moliri. Ibidem Cap.

LXIX.

69

QVOTANNIS in unum coeunt, ueluti qui tabulas pactaq; scribant, simulatq; se pro fide, scripta conficere, mirè interim & foedi & ridiculi, cum scripta eorum, non modo ab aliis, sed etiam ab ipsismet explodatur, nā si fidere ausi fuissent, prioribus suis scriptis, non secundo scripsissent; neq; illis denuo repudiatis, ad tertiam scripturam profiliissent, prorsus studio habentes, ut rursus ea mutēt, si uel pusillum temporis intercesserit, uel occasionem nacti fuerint, pro ipsorum consuetudine insidiandi, tunc enim cum insidiis student, maximopere simulant, se de fide scribere, ut quemadmodum Pilatus manus lauit: ita & ipsi pios, religiososq; in Christum scribendo interficiant &c.

Quae ab ipsis in angulis consarcinantur, ac proinde suspecta sunt, uolunt rata esse, & ualere apud omnes, maxime laborantes, ut dissoluant totius orbis consensum. Eadem Cap. LXX.

70

PAUCI numero cum sint, uolunt tamen sua pra omnibus ualere, & quae ab ipsis in angulis conflata sunt, ac proinde suspecta, rata esse, summam uim adhibentes, ut dissoluant, & irritum faciant totius orbis consensum &c.

Hæreticorum propriū esse ex sacris literis, hæreses suas confirmare, uel, & falsis interpretationib. eas detorquentes. Athan. Eadem. 154. Cap. LXXI.

EX sacris Eloquiis cauillationes suas cōficiunt, & sacra eloquia uel ad suam sententiam falsis interpretationibus detorquent.

71

In hæreticis, Iudæorum Zelum, emulationem, & inuidiam esse. Idem Orat: 5. ad Adelpium fratrem & confesorem. Cap. LXXII.

ID nos admiratione attonitos, perculsolq; defixit, quod uideremus hæreticorum insaniam in id barathri recidisse, ut sensus nō amplius integros, aut incolumes retinerent, sed prorsus mentem undecunq; uitiatam reportarent: talia nimirum sunt quae diabolus suggerit, talia sunt quibus Diabolus tentat, in talibus, & Iudæorum Zelus, & inuidia sese exercet.

72

Cum unaquaq; hæresis, sui commenti parentem habeat diabolum, Christi tamen Seruatoris nomen profitetur, & Scripturae dictionibus amicitur. Idem Oratio. 1. Ad Episcop: Aegypti contra Arianos. Cap. LXXIII.

CUM unaquaq; hæresis sui commenti pa

73

rentem habeat eum qui ab initio peruersus ;
& homicida & mendax fuit, diabolus, ac pu-
dore tam exosi nominis teneatur : pulcherri-
mum, et quod super omnia est, nomen Salua-
toris profitetur, Scripturarumq. dictionib.
amicitur, & uerba quidē profert ueram inde
tamen sententiam suffuratur, ac deinde intel-
lectum, quem ipse confinxit, dolis in umbra-
to, erroneorum homicida efficitur.

*Diabolus hæresum excogitator, Scripturarum uocib.
obtectum, uenenum in simplices aspergere. Idem
Orat: 2. contra Arian: Cap. LXXIIII.*

74

DISCANT è scripturis, excogitatore, inuentoremq. hæresum diabolus, metu suæ, graueolētiae, Scripturarum uoces usurpare, ut illis obtectus, asperso ueneno suo simpli- ces decipiat.

*Quoniam ex Sacris literis falso sua dogmata detor-
quent, respondendum est hæreticis, & diuina uer-
ba à malitia eorum uindicanda. Eadem
Cap. LXXV*

75

QVIA ex sacris eloquiis cauillationes suas conficiunt, & sacra eloquia uel ad suam sententiam, falsis interpretationibus detor- quent, necessarium est eatenus, iis respondere, qua

quatenus ea sacrae scripturae uindicemus ;
eaq. ostendamus, rectum quidem habere in-
tellectum, sed ab istis malitiosè usurpari & c.

*Hæretici, nisi prauo, & ad omnem impietatem corrupto ani-
mo essent, toties refutati erubescerent, sed ut Hydra ca-
pita, sublati prioribus, pullulabant: sic deiecti, &
refutati, nouas controuersias semper inue-
niunt, his admurmurantes, illis susur-
rantes, aliis ut culices bombo cir-
cum strepentes. Idē Orat.*

*4. Cont. Arian :
Cap. LXXVI.*

HÆRETICVS, ut res ipsa docet, prau-
um omnino, & undiquaq. corruptum ani-
mum ad impietatem habet, Ecce enim Vbiq.
refutari, declaratiq. nullius scientiae esse, eru-
bescere tamen nequaquam possunt, sed que-
madmodum in fabulis Aethnicorum celebra-
ta hydra sublati prioribus serpentibus, ali-
isq. pullulantibus peruicaciter contendebat
nouo semper obiectu anguimum, cōtra eum,
qui ipsis suos serpentes tollebat, ita quoq. isti
execrabiles homines animo Aethnico, deie-
cti ab illis, quæ obiciebant, alias reperent Iu-
daicas, & stultas controuersias, & quasi ueri-
tatem hostem haberent comminiscuntur no-
ua ut ita se magis Christi perduces & expu-

Dd

76

gnatores declarent, quippe qui post tot refutationes, quibus uel diabolus ipse, horum pater reiecit, etus confususq. retro abiisset, rursus ex peruerso corde noua alia cōmiscuntur & his quidem admurmurant, istis uero in susurrant, alios uero ut culices bombo circumstreperunt.

Hæretici à patrib. suis deficientes, uariis semper mutationib. iactantur, multas synodos instituunt, nouam semper fidem edunt, in quarum nulla perdurare possunt. Idem Epistola ad Orthodox. de Synodis Arimini celebratis. Cap. Lxxvii.

777 HÆRETICI in se mutuo insurgunt, & à patribus suis deficientes, non tuentur eandem sententiam, sed uariis & multiplicibus mutationibus iactantur, & multas Synodos instituunt, in quarum singulis nouam semper fidem edentes, in nulla earum perdurare possunt, neq. unquam aliter facient, quoniam malè quærendo, non inueniunt sapientiam, quam odere &c.

Propterea hæreticos in præcipiti consistere, quod Traditionib. nolint inherere, sed quæ ultra uires suas sunt indagare. Idem lib. De Incarnatione Verbi Contra Paulum Samosatenum. Cap. Lxxviii.

78 QVI ea quæ ultra uires suas sunt indagat, in præcipiti consistit, qui uero Traditionibus inhæret, extra periculum uersatur &c.

Nemo est hæreticorum, qui non secundum scripturas prædicare se, blasphemias suas meditetur. D. Hilarius lib: ad Constantium contra Arrian: Cap: 120. Cap. Lxxix.

79 MEMENTO Imperator, neminẽ hæreticorum esse, qui se nunc non secundam Scripturas prædicare ea, quibus blasphematur, meditatur &c.

Quibus se ingenii artibus hæretica subtilitas circumagat. Idem de Trinit: lib: 7. Cap: 46. Cap. Lxxx.

80 INCREDIBILIBVS se corrupti ingenii artibus hæretica subtilitas circumagat, primum ut fingeret religionem, deinde ut omnium simplicium aurium securitatem uerbis falleret, tum præterea, ut se prudētia seculi coartaret, postremò ut ueritatis intelligentiam per speciem editæ rationis euerteret.

Confusis permixtisq. uerbis, ueritatem frequentissimè eludunt hæretici. Lib: de Synodis aduers: Arrian: Cap. LXXXI.

CONFVSIS permixtisq. uerbis ueritatem, frequentissime heretici eludunt, & in cautorum aures, communium uocabulorū sono capiunt.

Si possent heretici Dominum de throno suo, iterum in crucē retraherent, sed uoluntatem hanc inefficacem esse caelestis thronus efficit lapides Iudei in corpus eleuauerunt, hi in spiritum, illi in hominem ut putabant, hi in Deū, illi in ignoratum, hi in cōfessū, illi in moriturū hi in iudicē seculorū Idē Lib. 7. de Trin. 51. Cap. LXXXI.

¶ NVNC hæreticorum furor, iam Dominum in cœlis sedentem, quia exemplo Iudæorum, in crucem agere non possunt, pari tamen in fidelitate hoc eum quod est denegant, & cum non possint negare quæ dicta sunt, tamen dictis non obediētes, odium impietatis exercent, uerborum lapides iniiciūt, & si possēt, de throno suo eum, in crucem retraherent, At tu uerò hæretice quid agas, ac profitearis agnosce, & eorum te intellige esse consortem, quorum in te refert perfidiæ exemplum. Non differt uoluntas, sed uoluntatem tuam in efficacem esse cœlestis Thronus efficit, quanto tu irreligiosior Iudæo ?

Lapides ille in corpus eleuat, tu in spiritum, ille in hominem ut putabat, tu in Deum, ille in diuersantem in terris, tu in Throno uirtutis sedentem ille in ignoratum, tu in confessum, ille in moriturum, tu in iudicem seculorum &c.

Hæreticos ab scripturis Porcos appellari, quia quamuis unguis bifida sunt, acceptam tamen Dei cognitionem non ruminando disponunt. Idem Canone, 6. In Math. 141. Cap. LXXXIII.

82
PRÆCEPTIS & promissis Dei, nihil preciosius, sanctiusq. est, quæ sanctificatis nobis immortalitatis thesaurum largiuntur, Horū igitur sacramenta, atq. uirtutes neq. in gentes efferre, neq. cum Hæreticis conferre permittimur. Canes enim de oblatrandi aduersus Deum rabiē gentes sunt nuncupatæ; porcorum uero hæreticis nomen est, quia quāuis unguis bifidæ sunt, acceptam tamen Dei cognitionem, non ruminando disponunt.

Doctrina hæreticorū dolosa est, sub nomine Dei blasphema, sub prætextu religionis impia, sub ueritatis specie falla. Idem Comm. psal: 138. uiri sanguinum declinate à me. Cap. LXXXIIII.

83
VT uiri sanguinum sunt, quorum adu-

lans doctrina est ita, & uiri sanguinum sunt, quorum dolosa est doctrina. Dolosa autem doctrina est hæreticorum, sub nomine Dei blasphema, sub pretextu religionis impia, sub ueritatis specie fallax, quorum in animo & cogitatione solum contentionis studium persistit, nihil ad salutem hominum laborant, nihil ad spem acquirunt, nihil pacificum cogitantes, ut omnibus his in contentionibus labor sit, & pugnam meditentur, isti infelices animas extinguunt & in uanum Ecclesias sibi congregant, quas ciuitates Dei secundum propheticam Euangelicamq. consuetudinem nuncupari frequens, & plurima autoritas est. Hoc ergo significatur his dictis. Viri sanguinum declinate à me, quia contentiones in cogitatione accipient in uanum suas ciuitates. Viri sanguinum sunt, & depditarum animarum reatum declinare iubentur, quia contentiones in cogitatione sunt. Hi in uanum ciuitatis Dei accipient, infructuosarum Ecclesiarum coetus per schismatum dissidia reddentes.

Videntur sibi hæretici de singulis quæ afferunt præstare posse, ex Diuinis Scripturis rationem. Idem lib. 4. de Trinit. Cap. 20. Cap. LXXXV.

VIDENTVR sibi hæretici de singulis quæ afferunt, præstare rationem, quia singulis assertionibus suis, quædam ex diuinis uoluminibus testimonia subdiderunt, quæ corrupto intelligentiæ sensu, solis tamen ignorantibus, blandiuntur, speciem ueritatis, secundum prauitatem interpretantium præstatura.

Tantum abest, ut hæretici ueritatem inquiserint, ut etiam per illos, qui eam inuenerunt, ipsi demonstratam, suscipere neque potuerint, neque sustinuerint. fieri enim nequit, quin ueritatem inueniat, qui eam toto corde quærat. Iustinus Martyr. Quest. quarta ad Ortodos. Cap. LXXXVI.

TANTVM abest, ut hæretici ueritatem inquiserint, ut etiam per illos, qui eam inuenerunt, ipsis demonstratam suscipere neque potuerint, neque sustinuerint. Ac si quidem uera hæc esset defensio (quod scilicet ueritatem quæserint, & assequi non ualuerint, ideoque iniquum esse eos qui hallucinantes exciderint panis subdere) oporteret, & ipsos alios aliis inuicem ignoscere lapsis, tanquam qui uirium imbecillitate, non maligna mentis destinatione hæreses, & sectas instituerent, sibi ipsis, & ueritati repugnantes. Nunc autem

pro eo quod alii alios de aliena sententia condemnant; manifesto constat, gloriæ captandæ, aut hæresiarum sectarūque principum aduersus alios propugnandorum studium, hæreses omnes ut instituantur, causam habere. Quamobrè hæresum duces ab Apostolo lupi graues nominati sunt. Quod autem fieri nequeat, quin ueritatem inueniat, qui eam toto corde (gratia Dei implorata) pro uirili sua quærat: testatur Dominus dicens: Quisquis petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.

Vt quod sol oritur super bonos, & malos, & id quod pluit super iustos, & iniustos, non eò fit, ut mali, & iniusti in malitia sua constabulantur, sed ut uia ad iustum supplicium præparetur: ita quod nonnulli hæreticorum, uirtutes operantur, non hoc fit ad eos in errore confirmandos. Idem quest. V. Cap. Lxxxvii.

87

SICUT id quod sol oritur super bonos & malos, & id quod pluit super iustos, & iniustos, non eò fit, ut mali, & iniusti in malitia, & iniusticia sua constabulantur, sed ut uia ad iustum supplicium præparetur: ita hoc ad hæreticos in errore confirmandos non fit, quod

quod nonnulli inter eos uirtutes operantur ueluti morborum sanationes, demoniorum expulsionones &c. Nam Virtutum representatio, si probatio, & indicium esset ueræ religionis, minimè gentium eos Dominus reprobasset, & indignos familiaritate sua pronunciasset, qui dixerunt: Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum demonia eiecimus, & per nomen tuum multas uirtutes præstitimus? dicens ad eos: Nunquam noui uos, Discedite à me, qui operamini iniquitatem. An non dixi docens uos, ut pasceretis, & potum ei daretis, qui elurit, & sitit? Multo ipse etiam magis similia ei quæ nos docuit, facit, ignem in caput eorum coaceruans, qui non dignè donatorem fidei cognouerunt.

Qui desperat, se posse in Catholica disciplina inuenire quod querunt, atteruntur erroribus. & si perseueratèr inquirunt, ad ipsos fontes, unde aberrauerant, post magnos labores fatigati, atque sitientes, & penè mortui reuertuntur. D. August. lib. I. de Genesi contra Manichæos. Cap. Lxxxviii.

HOMINES qui bonæ fidei sunt, non credunt hæreticis sed quid eis respondeant, diligenter

88

Ee

genter inquirunt. Nec eos deserit Deus, ut petentes accipiant, & quærentes inueniant, & pulsantib. aperiatur, qui autem desperant, se posse in Catholica disciplina inuenire quæ quærunt, atteruntur errorib. & si perseveranter inquirunt, ad ipsos fontes, unde aberrauerant, post magnos labores fatigati, atque sitientes, & penè mortui reuertuntur.

Hæreses ab idolatria non distare, cum & auctoris, & operis eiusdem sint, cuius, & idolatria. Tertullianus Lib. de præscrip. hæreticorum. Cap. LXXXIX.

89 NE QVE à diabolo immissa esse spiritua lia nequitia, ex quibus etiam hæreses ueniunt, dubitare quis debet, neque ab Idolatria distare hæreses, cum & auctoris, & operis eiusdem sint, cuius & idolatria.

Ideo diuina prouidentia, multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cum insultant nobis, excutiamus pigritiam, & diuinas Scripturas nosse cupiamus. August. Lib. 1. de Genesi contra Manich. Cap. XC.

90 IDEO diuina prouidentia multos diuersi erroris hæreticos esse permittit, ut cum insultant nobis, & interrogant nos ea quæ ne-

scimus: uel sic excutiamus pigritiam, & diuinas Scripturas nosse cupiamus. Multi ad quærendum pigri sunt, nisi per molestias, & insultationes hæreticorum quasi de somno excitentur, & de imperitia sua erubescant sibi, & de illa imperitia periclitari se sentiant.

Hæretici etiam si essent in Ecclesia nihilominus errarent cum autem foris sunt, plurimum profunt. Idem Lib. de uera religio. Cap. 3. Cap. XCI.

91 HÆRETICI etiam si essent in Ecclesia, nihilominus errarent cum autem foris sunt, plurimum profunt, non uerum docendo, quod nesciunt, sed ad uerum quærendum carnales, & ad uerum aperiendum spirituales Catholicos excitando. sunt enim innumera biles in Ecclesia Sancta, Deo probati uiri: sed manifesti non fiunt inter nos, quandiu imperitiæ nostræ tenebris delectati dormire malumus quàm ueritatis lucem intueri. Quapropter multi, ut diem Dei uideant, & gaudeant, per hæreticos è somno excitantur. Utamur igitur etiam hæreticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut Catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserere.

tes, uigilantiores, & cautiores simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possumus.

Deus donat prodesse nobis, non solum quod docet ueritas, uerum etiam quod obstrepit uanitas; ut cum respondetur inquietissimæ uanitati, auscultetur Sincerissimæ ueritati. Idem Lib. 1. aduersus Aduersarium. Leg. & proph. Cap. 48. Cap. XCII.

92 Quid mirum, si & ipsum qui diuina blasphemam eloquia, tradidit Deus in reprobam mentem, ut dicat quæ non conueniunt? sic enim oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant in uobis, ait Apostolus. sic uasa iræ, locis congruis, & temporibus ordinantur, ut etiam de ipsis notas faciat Deus diuitias gloriæ suæ; in uasa misericordiæ, quæ de massa eiusdem damnationis fiunt in honore, gratia illius, non meritis suis ille quippe donat prodesse nobis, non solum quod docet ueritas, uerum etiam quod obstrepit uanitas: ut cum respondetur inquietissimæ uanitati, auscultetur sincerissimæ ueritati.

Quod ex Deo non est, constare diu non potest, Ideo hæreses ad tempus quidem uigere, diuturnas tamen non esse. Idem aduersus Sethianos Cap. XCIII.

93 A T. n. hæreses diuturnæ nõ sunt. Quod enim ex Deo non est, non constat, sed ad tempus quidem uiget, in finem autem persecrans non perdurat.

Quos hæretici, fabulas suas imaginantes tot sectas produxerint, diaboli factum esse consilio, qui omnem impietatem in animis hominum seuit, & parturiuit. Ibidem. Cap. XCIII.

94 Vnde igitur hæretici ad mendacium sua compararunt uerba, & fabulas suas imaginantes composuerunt, & ea quæ non sint tanquam sint somniarunt, & ea quæ mentes eorum essent, disperferunt? At enim id omne diaboli consilium & uoluntas in hominum, animis seuit, & parturiit. Itaq. & uidere, & admirari licet, quod multis absurditatibus hominem in fraudem adduxerit, & in transgressionem pertraxerit, in scortationem uelidelicet, in adulteria, in lasciuiam, &c.

Diabolum qui audisset Christum à prophetis redemptionem fore omnium, putans se quoq. misericordiam aliquid consecuturum, non fuisse ausum, ante illius aduentum hæreses seminare, sed postquam uidit, Dominum de sua salute nõ laborare uenenum hæresu hominum mentibus insperrant. Ibidem. Cap. 95.

95

ANTE Christi aduentum, haud quam ausus est diabolus blasphemum aliquid aduersus Dominum suum proloqui uerbum aut de resistentia cogitare. expectauit nanq. aduentum Christi, pro est atq. dicit: De te scriptum est, quod angelis suis mādaturus sit de te, & in manib. portabunt te, semper enim audiuit prophetas, aduentum Christi annunciantes, eumq. aduentum redemptionem fore omnium, qui per Christum pānitentiam agerent peccatorū, putauitq. adeo se quoq. misericordiae aliquid consecuturum. Postquam autē uidit miser Christum non recipere suam de salute conuersionem: tūm ore suo contra Dominum suum perto blasphemiam euomuit, & hominib. mentem eam inspirauit, ut eū qui sit negēt, & eum qui non sit quærant.

Satanas per hereticos nunc, & non antea, ausus est maledicere Deo, nam ipse, per semetipsum aperte nō audens, ut initio per serpentē, sic nunc quasi latens Deum clanculum seduxit hominem. Irenaeus lib. 5. aduersus haereses. Cap. 96.

96

HÆRETICI organa Satanæ, ab omnibus Deum colentibus cognoscuntur, per quos

Satanas nunc, & non antea, ausus est maledicere Deo, qui ignem æternum præparauit omni Apostasie nam ipse per semetipsum aperte, non audebat blasphemare Dominum suum, quemadmodum & initio per serpentē quasi latens Deū, clāculum seduxit hominē

Quemadmodum Sanctorum prophetarum tempore etiam pseudoprophetae erant, ita & nunc permulti sunt falsi doctores, qui impia, & blasphema sub Christi nomine, docturunt. Iustinus Dialogo contra Tryphonem Cap. 97.

97
 QVEMADMODVM Sanctorum prophetarum tempore, etiam pseudoprophetae erant: ita & apud nos per multi sunt falsi doctores, quos cauendos esse, nos Dominus nosster præmonuit, ita ut nihil requiramus, præscium cum fuisse scientes, rerum earum omnium, quæ nobis post resurrectionem eius à mortuis, & ascensionem in cælum euentura erant. Nam futurum esse dixit, ut occideremur, & iniuri essemus propter nomen eius, & ut pseudoprophetae, & pseudoChristi multi in nomine eius aduenirēt, & seducerēt in fraudem multos, quod etiam fit. Plures enim impia, blasphema, & iniusta sub nomi-

ne eius, adulterinis subintroductis doctrinis docuerunt, atq. etiam nunc tradunt.

Hæretici qui putant se habere prophetiam, & imitantur Ecclesiam Dei, ubi existimant esse uisionem ibi non erit, & ubi iactant uaticinium prophetale, ibi Spiritus loquetur immundus. D. Hierony. Michæ Cap. 3. Cap. 98.

89 HÆC dicit Dominus aduersus prophetas seducentes populum meum. Si hæreticos uoluerimus accipere qui uerè prophetæ falsi sunt, & dicunt, Hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos, non errabimus. Illi populum quōdam Dei errore decipiūt, & hoc faciunt, ut comedant eos, uel simpliciter in accipiendis muneribus, uel in occasione animarum eorum. & promittunt eis pacem, & regna cælestia, & dicunt: Non necesse est, ut uiuas continenter, & sanctè habeto fidem quam docemus, & omnia promissa Domini consequeris. Quæ malis loquentes, aduersos eos iram Domini concitant, & prælium in illos sanctificant. Quamobrem ò hæretici, qui putatis uos habere prophetiam, & imitamini Ecclesiam Dei, ubi existimatis esse uisionem, ibi non erit; & ubi iactatis uaticinium prophetale, ibi spiritus loquetur immundus.

mundus. Occidet sol iustitiæ super huiusmodi prophetas, & uidebunt tenebras suas.

Quod eiusmodi extent uiri, qui se Christianos profiteantur, ac Iesum Dominum laudant, cum falsas doctrinas doceant: id Catholicos in fide constantiores reddere, quoniam id Christus euenturum prædixerit. Iustin contra Tryphon. Cap. 99

99 QVOD eiusmodi extent uiri, qui se profitentur Christi anos, atq. Iesum crucifixum & Dominum Christum laudant, sed non illius, uerum seductionis spirituum doctrinas docet: nos, qui puræ & ueræ Iesu Christi disciplinae sectatores sumus, in spe ab ipso annunciata, fide constantiores reddimur. Nā quæ ille præuertens in nomine suo factū iri dixit, ea oculis cernimus, ad rem, operibus exequendis, conferri. Dixit enim: Multi uenient in nomine meo, extrinsecus ouium pellibus induti, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Ob quorundam uitia, non fuisse quod faciunt hæretici, Catholicam Ecclesiam descendam August. Epist. 255. ad Macrob. Episco: Donatistas, Cap. 100.

CVR non potius in Ecclesia, quam Scri- 100
FF

ptura teste incipientem ab Hierusalem, atq; per omnes gentes fructificantem, atq; crescentem a Domino Christo, per Apostolos accipimus, permanemus, & de factis, nescio quorum patrum, quæ ante pene centum annos admittunt dicunt, modo iudicamur?

Falsum esse pretextum quo se ab Ecclesia Catholica hæretici separarunt. Eadem. Cap. 101.

101

C A V S A separationis uestræ, his solet non intellectis testimoniis colorari; Scriptum est: Nō communicates peccatis alienis. Sed respondetur, eum communicare peccatis alienis qui consentit malis factis, non eum, qui cum ipse sit triticum, simul tamē cum palea, quandiu area retrituratur, diuinis communicat Sacramentis. Scriptum est enim: Exite inde, & immundum ne tetigeritis, & qui tetigerit pollutum, pollutus ē. Sed consensione uoluntatis, qua deceptus est homo primus, non conuersatione corporis qua & Iudas osculatus est Christum. Pisces quippe illi de quibus in Euang. locutus est Dominus, boni & mali inter eadem retia quibus congregationis cooptat unitatem usque ad finem, seculi, quod littoris nomine præfiguratur,

Isai. 52.

pariter natant corporibus mixtis, sed moribus separati. Scriptum est enim in Corinth. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit, sed eorum qui consentiunt mala facientibus, non eorum qui secundum prophetam Ezechielem, gemunt, & mærent ob iniquitates populi dei, quæ fiunt in medio eorū.

Vixisse pios & sanctos uiros inter improbos neq. (cū eorum nossent improbitatem) aliam sibi Ecclesiam constituisse. Ibidem Epist. 48. ad Vcentium. Cap. 102.

I S T A M malorum permixtionem ^{ge} 102
mit & Daniel; tresq. uiri gemuerunt; ille hoc in oratione, illi in fornace testantur, nec tamen se ab unitate populi, cuius peccata confitebantur, corporali disunctione separauerunt. Prophetæ omnes in eundem populum, in quo erāt; quæ & quanta dixerint; nec sibi tamen alterum populum, in quo essent, discessionem corporali, uel segregationem quaesierunt. Ipsi Apostoli permixtum sibi diabolus Iudam, quo se ipse etiā laqueo perdidit, sine ulla sui contaminatione tolerauerunt; ita ut diceret eis Dominus, propter illius inter eos præsentiam: Et uos mundi estis, sed non omnes, nec ob illius immundi,

Math. 27.

tiam, tanquam fermento in eis dissimilium morum massa corrupta est; Nec recte affirmari potest, quod eos illius latebat nequitia nisi forte qua fuerat etiam dominum traditurus, nam ipsi de illo scripserunt: Quod fur erat, & omnia quae mittebantur, de Dominicis oculis auferabat. Non eis quicquam calumniabatur illo testimonio. Videbatis furem, & concurrebatis cum eo, factis enim malorum, non Sacramentorum communione, sed eorundem factorum consensione concurratur.

Ioa. 12.
Psal. 49.

Non Inquinari eos qui boni sunt, quod inter malos uiuant. Ibidem. Cap. 103.

103
2. Cor.
31.

APOSTOLVS Paulus, quantum de falsis fratribus conuenerit, quorum tamen corporali permixtione non maculabatur, cordis puri diuersitate seiunctus? nam a quibusdam, quos inuidos nouerat, gaudet Christum pariter praedicari, ubique inuidia diabolicum uitium est.

Inuidia.

Qui in Ecclesia unitate non sit, etiam si pro Christo moriatur, non posse coronari. Ibidem. Cap. 104.

IPSE (Cyprianus) scripsit, & fidentissi-

me asserit, eos qui extra unitatem sint et si pro Christi nomine moriantur: occidi posse, non posse coronari, tantum ualet siue ad delenda, siue ad confirmanda peccata, uel custodita uel uiolata charitas unitatis.

Hereticos sanctiores se facere sanctis Martyribus, qui inter auaros, insidiatores, & usurarios fratres, se uiuere conquerantur, nec tamen ob eorum iniquitatem ab Ecclesia unitate recedant. Augustin. Vbi supra. Cap. 105.

IPSE ille Cyprianus cum per impiorum gentilium persecutionem, uastata Ecclesia, multos plangeret lapsos, malis hoc moribus tribuens eorum, qui in ipsa Ecclesia damnable conuersatione uiuebant, de collegarum suorum moribus gemit, nec suum gemitum silentio tegitur, sed dicit, eos in tanta cupiditate fuisse progressos, ut esurientibus etiam in Ecclesia fratribus, habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fratribus raperent, usuris multiplicantibus, foenus auerent. Puto istorum auaritia fundis, & faenore Cyprianum non fuisse maculatum, nec tamen ab eis te corporali segratione, sed uitae dissimilitudine fuisse distinctum. Cum eis alta-

105

fort. fraudibus.

re tetigit, sed immundam illorum uitam ille non tetigit, quando sic culpauit at q. redarguit.

Impiè facere hereticos, qui ob Zizania si quæ uident in Ecclesia Catholica, dicant se ab ea recedere.
Ibidem. Cap. 106.

106

LEGITVR eius optimi Episcopi in quadam Epistola quam scripsit ad Præsbyterū Maximum, de hac re clara & aperta sententia, qua omnino præcepit prophetica regulam tenēs, nullo modo Ecclesiæ deserere unitatē, propter malorum permixtionem; nam & si uidentur (inquit) in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet fides, aut charitas nostra, ut quoniam esse zizania in Ecclesia cernimus: nos de Ecclesia recedamus, tantummodo nobis laborādum est ut frumentum esse possimus, istam charitatis legem ex ore Christi Domini promulgatā, ipsius enim sunt istæ similitudines, & de zizaniis usque ad tempus messis, in unitate agri permundum, & de malis piscibus usque ad tempus littoris, intra eadem retia tollerandis.

Heretici, cum uirgam ferream, & uentilabrum etiam sumant ad purgandam Ecclesiæ aream, maiores se Domino faciunt. Ibidem Epist. 48. ad Vincentium. Cap. 107.

107

QVOD se nefaria separatione disciderint, nō sit nisi aut similitate priuata, potius quam utilitate communi, aut illo uitio quod Cyprianus ipse uitandum connumerat. Nam cum præcepisset propter zizania quæ in Ecclesia cernitur, non esse Ecclesiā deserendam: sequitur & adiungit, Nobis tantummodo laborandum est, ut frumentum esse possimus, ut cum coeperit frumentum Dominicis horreis condi, fructum pro opere & labore nostro capiamus. Apostolus in Epistola sua dicit: In domo autem magna non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidē honorata, quædam inhonorata, nos operam demus, & quantum possimus laboremus ut uas aureum & argenteum simus. Caterum fictilia uasa confringere, Domino soli licitū est, cui & uirga ferrea data est. Esse non potest maior domino suo seruus, nec quisquā sibi, quod soli Filio Pater tribuit uindicare, ut se putet, aut aream uentilandam & purgā

dam paleam, & uentilabrum etiam ferre posse, aut a frumento uniuersa zizania humano iudicio separare. Superba est ista praesumptio & sacrilega obstinatio, quam sibi furor prauus assumit, & dum sibi semper amplius aliquid quam mitis iusticia deposcit, assumunt, de Ecclesia pereunt, & dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore cacati ueritatis lumen amittunt.

Iniquissimos esse Hæreticos qui a iuorum Catholicorum uiciis commotos dicant se Ecclesiam nostram deserere. Eadem. Cap. 108.

108 QUID hac Cypriani attestatione clarius, quid ueracius uides quanta Apostolica luce fulgeat uides eos qui uelut offensi, pro sua iusticia iniquitatibus alienis, Ecclesiae deserunt unitatem, ipsos esse potius iniquissimos uides foris esse zizania eos qui noluerunt in unitate agri Domini zizania tolerare. Vides foris esse zizania, eos qui noluerunt in unitate domus magnae talia tolerare; uides quam ueraciter scriptum est: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit. Exitum scilicet, quo exit de Ecclesia, non purgat non excusat, non defendit, non

non purum, & sine crimine ostendit, hoc est enim: Non abluit quia si non seipsum iustum diceret, sed uere ac legitime iustus esset, non bonos propter malos impiissime desereret; sed malos propter bonos patientissime sustineret, donec ipse Dominus, siue per se, siue per angelos suos, a tritico zizania, a frumentis paleas, a uasis misericordiae uasa irae, & haedos ab ouibus, pisces malos a bonis in fine seculi separaret.

Nullam potuisse hæreticos causam iustam habere, qua a communione fidelium se separauerint, nec ideo eos iustiores, quia pauciores, non enim in meritis cū Ecclesia pascunt aut cubant, sed in secretis & latentibus angulis. Ibidem. Cap. 109.

109 QVOD autem omnibus Donatistis dicere solemus, quanto uobis fortius dicimus, si possunt, (quod fieri non potest) aliqui habere causam iustam, qua communionem suam separent a communione orbis terrarum, eamque appellent Ecclesiam Christi, quod se iuste ab omnium gentium communione separauerint, unde scitis in Christiana societate, tam longè lateque diffusa, ne forte antequam uos separaretis, iam se aliqui iusta causa separauerint. Gg

rint in longinquis terris, unde ad uos eorum iustitiæ fama non potuerit peruenire? quomodo in uobis potest esse Ecclesia, potius quam in illis, qui se priores forte separauerunt: Ita sit ut cum hoc nescitis, incerti uobismetipsi sitis, quod necesse est cōtingat omnibus qui pro sua societate utuntur, testimonio non diuino, sed suo. neque enim potestis dicere, si hoc contigisset, nos latere non posset; cum in Africa ipsa, quot iam partes factæ sint ex parte Donati, si interrogemini non dicatis, præsertim quia tanto sibi uidentur qui hoc faciunt iustiores, quāto fuerint pauciores, & utiq. tanto sunt latentiores. At per hoc incerti estis, ne fortè aliqui pauci iusti, & ideo minime noti alicubi longe contra Africa meridiem, antequā pars Donati iusticiam suam a cæterorum hominū societate secerneret, se primitus causa æquissima separauerint in latere Aquilonis, & ipsa sit potius Ecclesia Dei tanquam Sion spiritalis, quæ uos omnes iusta separatione præuenit, multoq. præsumptius pro se interpretetur, quod scriptum est: Mons Sion latera Aquilonis, ciuitas regis magni: quā pro se interpretatur pars Donati: Vbi pascis, ubi cubas in meridie?

Nisi hæretici ecclesiam quærent in iusticia propria non se à communionem fidelium separassent. Eadē.

Cap. 110.

NOS ideo certi sumus, neminem se a cōmunionem omnium gentium iuste separare potuisse, quia non quisq. nostrum in iusticia sua, sed in Scrip. Diuinis quærit Ecclesiam, & ut promissa est, reddi conspicit. Ipsa est, n. de qua dicitur: Sicut liliū in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum, quæ nec Spinæ dici possent, nisi malignitate morum, nec filia nisi cōmunionem sacramento rum, quemadmodum postea sodales uocat: Ne uelut operta (id est occulta & ignorata) irruam non in gregem tuum, sed in greges sodalium tuorum, id est hæreticorum, quos ita sodales dicit, sicut Spinās illas, Filias propter cōmunionem sacramentorū.

Hæreticos tantam sibi arrogare iusticiam, ut Dei iusticiam ignorantes, & suam uolentes constituere, iusticia Dei subiecti non sint. Idem August. Epist. 50 ad Bonifacium Commitem. Cap. 111.

SCIMVS quidem illos tantam sibi arrogare iusticiam, ut eam se iactent nō solum habere, sed etiam aliis hominibus dare, A se

Gg 2

quippe dicant iustificari eum, quem baptiza-
uerunt, ubi nihil eis restat nisi dicere ei qui
baptizatur ab eis, ut in Baptizantem suum
credat, cur enim non faciat, quando Apосто-
lus dicit: Credenti in eum qui iustificat Im-
pium? deputatur fides ergo ad iustitiam, in
ipsum ergo credat si eum ipse iustificat ut
deputetur fides eius ad iustitiam. Sed puto
quod etiam ipsi se ipsos horreant, si tamen
ista uel cogitare dignantur. Iustus enim iu-
stificans non est nisi Deus. Potest autem &
deistis dici, quod dicit Apostolus de Iudeis.
Quia ignorantes Dei iustitiam, & suam uolen-
tes constituere, iustitiam Dei non sunt subiecti,
absit enim ut quisquam nostrum, ita se iustum
dicat, ut aut suam iustitiam uelit constituere
id est, quasi a se ipso sibi dari, cum dicatur ei:
Quid enim habes quod non accepisti, aut si
ne peccato se esse iactare audeat in hac uita?

*Falso iactare hereticos se in ea esse Ecclesia, quae non
habeat maculam aut rugam. Eadem. Cap. 112.*

112 QVOD haeretici dicunt, in ea se esse Ec-
clesia, quae iam non habeat maculam aut ru-
gam, aut aliquid huiusmodi: nesciunt hoc
modo in eis compleri, qui uel post Baptis-

num continuo uel demissis, debitis quae di-
mittenda in Oratione poscuntur, de hoc exe-
unt corpore, uerum in Ecclesia tum futurum,
ut sit omnino non habes maculam, aut ru-
gam aut aliquid eiusmodi, quando dicendum
erit: ubi est mors uictoria tua? Vbi est mors
aculeus tuus. Aculeus enim mortis est pec-
catum. In hac autem uita, ubi corpus quod
corrumpitur aggrauat animam, si Ecclesia
eorum iam talis est, non ergo dicant Deo,
quod Dominus nos orare docuit: Dimitte
nobis debita nostra. Cum enim in Baptismo
cuncta dimissa sunt, ut quid hoc poscit Ec-
clesia, si iam etiam in hac uita non habet macu-
lum aut rugam, aut aliquid huiusmodi? con-
tendant & Apostolum Ioannem clamantem
in Epistola sua; Si dixerimus quia peccatum non
habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in-
nobis non est; si autem confessi fuerimus pec-
cata nostra fidelis est, & iustus qui dimitti-
tat nobis peccata, & mundet nos ab omni
iniquitate. propter hanc spem dicit uniuersa
Ecclesia Dimitte nobis debita nostra: ut
non superbientes, sed confitentes mundet
nos ab omni iniquitate. atque ita sibi Do-
minus exhibeat in illa die, gloriosam Ec-

clesiam, non habentem maculam atq̄ rugā,
aut aliquid eiusmodi, quam modo mūdāt la-
uacro aquæ in uerbo.

*Mentiri hereticos qui se in uera Ecclesia quæ sine
peccatis est, esse dicant. Cap. 113.*

113 MODO mūdāt Ecclesia suam lauacro
aquæ in uerbo, ut tunc eam sibi exhibeat, nō
habentem maculam, neq̄ rugā, aut aliquid
eiusmodi, totam scilicet pulchram, atq̄ per-
fectam, quando absorbebitur mors in uictō-
riam. Nunc ergo in quantum uiget in nobis
quod ex Deo nati sumus ex fide uiuentes, iu-
sti sumus, in quantum autem reliquias mor-
talitatis ex Adā trahimus, sine peccato non
sumus, & illud enim uerum est: Qui natus
est ex Deo non peccat. & illud uerum est: Si
dixerimus quia peccatum nō habemus, nos
ipso decipimus, & ueritas in nobis non est.

*Hereticos nullo modo posse tenere iusticiam, quandiu
ab unitate Ecclesie fuerint separati. Ibidem.
Cap. 114.*

114 IUSTVS hic nemo est iusticia sua, id est
tāquam sibi a seipso facta, sed ut dicit Apo-
stolus, sicut unicuiq̄. Deus partitus est men-

suram fidei, sequitur autem & adiunxit, sicut
enim in uno corpore multa membra habe-
mus, omnia autem membra non eundem a-
ctum habent: ita multi unum corpus sumus
in Christo, ac per hoc nemo poterit esse iu-
stus, quandiu fuerit ab unitate huius corpo-
ris separatus, quemadmodum enim mem-
brum si præcidatur ab hominis uiui corpo-
re, non potest tenere spiritum uitæ, sic homo
qui præciditur de Christi iusti corpore, nul-
lo modo potest spiritum tenere iustitiæ, etiā
si figuram membri teneat, quam sumpsit in
corpore. In huius ergo compagem corpo-
ris ueniant, & labores suos non dominandi
cupiditate, sed bene utēdi pietate possideāt.

*Falsum esse quod heretici iactant Ecclesiam nostram si-
vera esse Ecclesia non habiturā esse maculam aut
rugā, Ex Epistola ad duas Questiones Dar-
dani 57. Cap. 115.*

115 AGIT Christus in quibus mortalibus
adhuc habitat, ipsam ædificationem habita-
culi sui, quam non in ista, sed in alia post hęc
uitam perficit, quādo absorbebitur mors in
uictoria, dicetur q̄ illi, Vbi est mors uictoria
tua? Vbi est mors aculeus tuus? quid est autē

mortis aculeus, nisi peccatum, propter quod nunc ut iam renati ex aqua & spiritu, omnibusq. peccatis siue Originis ex Adam, i quo omnes peccauerunt, siue factorum, dictorum cogitationumq. nostrarum, in illius lauacri mundatione deletus; tamen quia manemus in hac uita humana, quæ tētatio est super terram, merito dicimus: Dimitte nobis debita nostra. & hanc orationem dicit uniuersa Ecclesia, quam muadat Saluator lauacro aquæ in Verbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Tunc utique cum perficere tu in re, ubi nunc proficiendo ambulatur in spe, nam quomodo est nunc non habēs maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, quæ uel in omnibus ad ea pertinentibus hominibus, qui iam ratione mentis utuntur, & uoluntatis arbitrio, mortalisq. carnis sarcinā portant, uel certe quod etiam ipsos contentiosos necesse est fateri, in multis suis membris ueraciter dicit: Dimitte nobis debita nostra.

Hæreticos non audire quod est in Scripturis in uera Ecclesia, cum his qui oderunt pacem debere esse pacificos, Idem Epistola 69. ad Rusticum diaconum. Cap. 116.

Nulla

NULLA est sanctorum librorum pagina quæ nos non admoneat, intus in ipsa societate Sacramentorum, quibus imbuimur ad uitam æternam, cum his qui oderunt pacem esse debere pacificos, donec ingemiscendo longinqua nostra peregrinatio transeat: atque in uirtute Hierusalem matris æternæ securissima pace perfruamur, & in turribus eius abundantia uerorum fratrum, quorum nunc inter multos falsos gemimus paucitatem.

*Nunquam in Scripturis Peter: Testament. iustos & sanctos ob malos & impios admixtos, fecisse discessionē, sed eos tolerasse ob uinculum pacis tuendum ex Epistola. 162 Contra Donatist: perti-
naciā, & Epistola. 164. ad Emeri-
zum Donatistam. Cap. 117.*

OBIICIUNTUR nobis crimina malorum hominum, non nostra, sed aliena, & ipsa partim incognita, quæ si etiā uera & præsentia uideremus, & zizaniis propter frumenta parcentes, pro unitate toleraremus, non solum nulla reprehensione, sed etiam non parua laude nos dignos diceret, quicumq. Scripturas Sanctas non corde furdus audiret. Tolerat Aaron multitudinem idolum exigentem, & fabricantem, & adorantem, tole-

Hh

rat Moyſes aduerſus Deum tot milia murmurantia, & toties offendentia ſanctum nomen eius; tolerat Dauid Saulem perſequutorem ſuum, ſcleratis moribus cœleſtia deſerentem, magicis artibus inferna quærētem, occiſum uindicat, Chriſtum etiam Domini propter Sacramētum uenerandæ unctiōnis appellat: tollerat Samuel nefandos filios Heſi peruerſosq; filios ſuos quos populus quia tolerare noluit, diuina uirtute accuſatus, diuina ſeueritate correptus eſt. tolerat deniq; Hieremias ipſum populum ſuperbum, contemptorem Dei; tolerat Eſaias in quos tam multa uera crimina iaculatur, tolerat Hieremias a quibus tanta perpetitur; tolerat Zacharias phariſæos & ſcribas, quales illo tempore fuiſſe Scriptura teſtatur. Scio me multos pratermiſiſſe, legant qui uolunt, legant qui poſſunt eloquia cœleſtia; iueniēt omnes ſanctos Dei ſeruos & amicos, ſemper habuiſſe quos in ſuo populo tolerarent, cum quibus tamen illius populi Sacramenta communicantes, non ſolum non inquinabantur: ſed etiam laudabiliter ſuſtinebant, Studentes ſicut ait Apoſtolus: ſeruare ueritatem Spiritus in uinculo pacis.

*Idem ex nouo teſtamento apparere, Eadem, & Episto-
la. 163. Eleuſio & Glorio. Cap. 118.*

TOLERAT ipſe Dominus Iudam Diabolum, ſurem, & uenditorem ſuum, ſinit accipere inter innocentes diſcipulos, quod fideles nouerunt pretium noſtrum. Tolerant Apoſtoli pseudo Apoſtolos, & iter ſua quærētes non quæ Ieſu Chriſti, Paulus non ſua quærēns ſed quæ Ieſu Chriſti glorioſiſſima tollerantia conuerſatur. Poſtremo diuina uoce laudatur ſub Angeli nomine, præpoſitus Eccleſiæ, quod cū odiſſet malos, eos tantū tētatos & inuētos mēdaces pro nomine Domini tolerauit: Scio inquit opera tua & laborem & patientiam, & quia non potes ſuſtinere malos, & tentasti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces & patientiam habes, & ſuſtinuiſti eos propter nomen meum & non deſeciſti, nam ſi de Angelo ſuperiorum cœlorum & non de præpoſitis Eccleſiæ uellet intelligi: non conſequenter diceret: Sed habeo aduerſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti, quod ſuperioribus Angelis non dici poteſt, qui perpetuam retinēt charitatem, unde quid deſecerant, & lapſi ſunt, diabolus

118

*Apocaly. lo-
cus explica-
tus.*

est & Angeli eius. Ergo primam charitatē dicit, quia sustinuit pseud Apostolos propter nomen Christi, quam iubet ut repetat, & faciat priora opera sua.

*Hæreticos quod fugere se dicant Zizania, eo nomine ostendere se esse Zizania, non frumētum. Ibidem
Epist: 171. ad omnes Donatistas.
Cap. 119.*

119

FINGITIS ante tempus messis fugere permixta zizania, quia uos estis sola zizania. Nam si frumenta essetis, permixta zizania tolleraretis, & à segete Christi non uos diuideretis? De zizaniis quidem dictum est Quoniam abundauit iniquitas refrigescet charitas multorum, & de tritico dictum ē: Qui perseuerauerit in finem hic saluus erit. Quare creditis creuisse zizania, & mūdū repleuisse, triticū autē decreuisse & in sola Africa māsisse? Christianos uos dicitis, & Christo cōtradicitis, ipse dixit: Sinite utraq; crescere usq; ad messem, non dixit, Crescant, Zizania decrescant frumēta ipse dixit Ager, est hic mundus, nō dixit Ager est Africa. Ipse dixit, messis est finis seculi. non dixit, messis ē pars Donati, ipse dixit, Messores,

Angeli sunt, non dixit, Messores principes hæreticorum sunt. Sed quia pro zizaniis triticum accusastis: uos esse zizania demonstratis, & quod est grauius ante tempus uos à tritico separastis.

*Non qui malos tolerat, sed qui eorum factis consentis
eis communicare. Ibidem. Cap. 120.*

I L L E communicat malis, qui consentit factis malorum, nō qui tolerat in agro dominico zizania, usq; ad messem uel paleam, usq; ad ultima uentilationem. 120

Quam insolenter hæretici non de terra sed de Cælo se faciant Idem Epist. 48. ad Vincentium contra Donat: & Rogati. Cap. 121.

V O S estis qui non ex totius orbis communionē, sed ex obseruatione præceptorum omnium diuinorum, atq; omnium sacramentorum tenetis Catholicam fidem, in quibus eam solis, inuenturus est cum uenerit filius hominis, quando non inueniet fidem in terra, quia nec terra estis nec in terra, sed cælestes in cælo habitatis, nec timetis, nec attenditis, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? 121

*Hereticos propter paleam quam dicunt admixtam reliquis
se aream Do: propter malos pisces rupisse retia, pro
pter hædos, deseruisse Dominicum gregem.*

Ibidem. Cap. 122.

122

NON NVLLOStolleramus quos corri
gere uel punire nõ possumus, neq. propter
paleam relinquimus aream Do. neq. pro
pter pisces malos, rumpimus retia Do: neq.
propter hædos in fine segregandos, deserimus
gregẽ Do. neq. propter uasa facta in
contumeliam migramus de domo Do:

*Hereticos schismate immundos mundum gregem habere nõ
posse, & donec ueniat princeps pastorum oues simul cõ
hædis, idest bonos cum malis, pascere. Ex eodem
epist. 209. ad Feliciam uirginem.*

Cap. 123.

123

SIC VT sint pastores boni & mali, sic etiã
in ipsis gregibus, sunt boni, & mali. Boni
ouium nomine significantur; mali uerò, hæ
di appellãtur. sed commixti pariter pascũt,
donec ueniat princeps pastorum, qui dictus
est unus pastor, & quemadmodum ipse pro
misit, separet sicut pastor oues ab hædis. No
bis enim imperauit congregationẽ, sibi au
tem seruauit separationem, quia ille debet

separare, qui nescit errare. Nam qui separa
re ante tempus, quod sibi Dominus serua
uit, superbi serui facile ausi sunt: ipsi potius
ab unitate Catholica separati sunt. Nam
schismate immundi, mūdum gregem unde
habere potuerũt? ut ergo in unitate manea
mus, nec offensi scandalis palearum aream
Dominicam deseramus, sed potius usq; in
finẽ uentilationis frumenta perseueremus,
comminutam stipulam firmo charitatis pō
dere toleremus.

*Oues Christi etiam per malos doctores, illius uocem
audire & unitatem illius non relinquere. Eadem*

Cap. 124.

DE malis pastorib. oues admonet Chri
stus, dicens: Super eathedram Moyse sedent,
quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere
nolite, dicunt enim, & non faciunt. His audi
tis, oues Christi, etiam per malos doctores,
uocem ipsius audiunt, & unitatem illius non
relinquũt, quia bonum quod eos audiunt di
cere, non est ipsorum, sed illius, & ideo secu
rè oues pascuntur, quia & sub malis pastori
bus pascuis Dominicis nutriuntur. Non au
tem faciunt malorum facta pastorum, quia
talia opera non sunt illius, sed ipsorum.

124

*Posse Metu Legum Imperialium Hæreticos ad Eccle-
siae unitatem reduci. Idem Augustinus Epist:
50. ad Bonifacium comitem. Cap. 125.*

125

REX NabucDonosor, cum seruus esset
idolorum, constituit sacrilegam legem, ut si
mulacrum adoretur, sed eius impiæ constitu-
tioni qui obedire noluerunt, pie, fideliterq.
fecerunt, Idem tamen Rex diuino correctus
miraculo, piam & laudabilem legem pro ue-
ritate constituit, ut quicumq. diceret Blas-
phemiam in Deum uerum Sidrach, Misac, &
Abdenago, cum domo sua penitus interi-
ret; Hanc legem si qui contempserunt, &
id quod fuerat constitutum merito perpe-
si sunt, debuerunt dicere quod isti dicunt se
iustos esse, quia ex lege regis persecutionem
patiebantur, quod utiq. dicerent, si ita in sa-
narent, sicut isti insaniunt qui diuidunt mem-
bra Christi, exsufflaunt Sacramenta Christi,
& de persecutione gloriantur, quia prohibe-
tur ista facere legibus Imperatorum, quas
constituerunt, pro unitate Christi, & iactant
fallaciter innocentiam suam, & quam non
possunt a Domino accipere, ab hominib. quaerunt
martyrum gloriam. Veri autem mar-
tyres illi sunt, de quib. Dominus ait: Bea-

ti.

ti qui persecutionē patiuntur propter iusti-
tiam, non ergo qui propter iniquitatem, &
propter christianæ unitatis impiam diuisio-
nem, sed qui propter iustitiam persecutionē
patiuntur, hi martyres ueri sunt, Nam & A-
gar passa ē persecutionem à Sara, & illa erat
sancta quæ faciebat, illa iniqua quæ patieba-
tur. Nunquid & huic persecutioni quæ pas-
sa est Agar, comparandus est Sanctus Da-
uid quem persecutus est iniquus Saul? Val-
de utiq; distat, non quia patiebatur, sed quia
propter iustitiā patiebatur & ipse Dom. cū
latronibus crucifixus est, sed quos passio iū-
gebat causa separabat. Ideo in psalmo, uox
illa intelligenda est uerorum martyrum, uo-
lentium sed discerni, à martirib. falsis: Iudica
me deus & discerne causam meam, de gente
nō sancta. Non dixit: Discerne penam meā,
sed discerne causam meam; potest enim esse
impiorum similis pena, sed dissimilis ē mar-
tyrum causa, quorum & illa uox est: Iniuste p-
secuti sunt me, adiuua me. Ideo se dignum
existimauit, qui adiuuaretur iuste, quia illi p-
sequebantur iniuste. nā si iuste illi perseque-
rentur, non fuerat adiuuandus, sed corrigen-
dus.

Ii

Falsum esse quod obtrudunt nobis heretici, neminem posse iuste alium persequi, & quod persecutionē à Catholicis patiatur, idcirco apud se ueram esse Ecclesiam. Eadem.

Cap. 126.

126 **S**I putant quod nemo possit iustè aliquē persequi, & illam esse uere Ecclesiam quæ persecutionem patitur, non quæ facit: quærāt ab Apostolo, quā Ecclesiam significabat Sara quādo persecutionem faciebat ancillæ: Liberam quippe matrem nostram, cælestem Ierusalem, id est ueram dei Ecclesiam, in illa muliere dicit esse figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequabatur Saram superbiendo, quam illam Sara coercendo: illa enim dominæ faciebat iniuriam, ista imponebat superbæ disciplinam.

Hereticos ideo miseros, quod si persecutionem patientur, propter iniusticiam tamen patientur, iustamque esse eam persecutionem quam ex dilectione faciat Catholica Ecclesia, Eadem. Item Epistola.

163. ad Eleusium, & Glorium.

Cap. 127.

127 **D**EINDE quæro si boni, & Sancti nemi ni faciunt persecutionem, sed tantum modo

patiuntur, cuius putant esse in Psal: uocem, ubi legitur: Persequar inimicos meos, & cōprehendam illos, non conuertar donec deficient. Si ergo uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persecutio iniusta quam faciunt impii Ecclesiæ Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impii Ecclesiæ Christi, itaque beata est, quæ persecutionem patitur propter iustitiam, illi uerò miseri, qui persecutionem patiuntur, propter iniustitiam proinde ista persequitur diligendo, illi sæuendo; ista ut corrigat, illi ut euertant, ista ut reuocet ab errore, illi ut præcipitent in errorem; deniq; ista persequitur inimicos, & comprehendit donec deficient in uanitate, ut in ueritate proficiat; illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad æternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre; sic amantes homicidia, ut in se ipsis ea perficiant, quando in aliis perpetrare non possunt.

Multos sepe ex hereticis timore suorum coactos ad Ecclesiam gremium non redisse, Eadem. Cap. 128.

QUID de illis dicamus, qui nobis quoti 128

I 2

die cōfitentur, quod olim uolebant esse Ca-
tholici, sed inter eos habitabant, inter quos
id quod uolebāt esse, nō poterāt, per infirmi-
tatem timoris, ut si unum uerbum pro Ca-
tholica dicerēt, & ipsi, & domus eorum fun-
ditus euerterentur.

*Saluberrimas hæreticis existere Imperatorias leges,
quibus illi corriguntur, & ab errore reuocatur.
Eadem. Cap. 129.*

129

HOC contingit hæreticis, quod accu-
satorib. sancti Danielis, sicut .n. in illos leo-
nes, sic in istos cōuersæ sunt leges, quibus in-
nocentem opprimere uoluerunt, nisi quod
propter misericordiam Christi, magis pro
eis sunt istæ leges, qua illis uidētur aduersæ,
quoniā multi per illas correcti sunt, & quo-
tidie p̄ illas corriguntur, & se esse correctos
atq; ab illa pernicio liberatos gratias agūt,
Et qui oderant diligunt, molestatiq; sibi fuis-
se saluberrimas leges, quātum in insania de-
testabantur, tantum recepta sanitate gratu-
lantur, & in residuos cum quibus fuerant pe-
rituri, iam simili dilectione nobiscum, ut pa-
riter instemus, ne illi pereant excitantur. Mo-
lestus est enim & medicus furenti phrencti

co & pater indisciplinato filio; ille ligando,
iste cædendo, sed ambo diligendo. Si au-
tē illos negligent, & perire permittunt, ista
potius māfuetudo falsa crudelis est. Si enim
equus, & mulus quibus non est intellectus,
morsibus & calcibus resistunt hominibus, a
quibus eorum curanda uulnera contrectan-
tur, & cum inter dentes eorum & calces sæpe
homines periclitentur, & aliquando uexen-
tur, non tamen eos deserunt, donec per do-
lores & molestias medicinales, reuocent, ad
salutem: quanto magis homo ab homine &
frater a fratre ne in æternum pereat, nō est
deserendus qui correctus intelligere potest
quātum sibi præstabatur beneficium, quādo
se persecutionē perpeti quærebatur. Sicut
ergo Apostolus dicit: Infatigabiles cum tē-
pus habemus operemur bonum ad omnes,
qui possunt Catholicorum præceptorū ser-
monibus, qui possūt ad monitionib. partim
per eos qui iussis imperialibus parent, om-
nes ad salutem uocentur, omnes a pernicio
reuocentur.

*Ecclesia catholica hereticos castigat & stimulat, quod
ut medicus phreneticorum & lethargicorum quos
medicina offendunt, salutem amet Idem
Epistola 167. ad Festū. Cap. 130.*

130 CVM tam perspicua ueritas aures, & cor
da hominum feriat, tāta quosdam malæ cō
fuetudinis uertigo submersit, ut omnib. au
toritatibus rationibusq. resistere, quam con
fētire malit. Resistūt aut̄ duobus modis, aut
sæuiēdo aut pigrescendo. Quid igitur hic fa
ciat Ecclesiæ medicina, salutē omniū mater
na Charitate cōquirēs, tāquā inter phreneti
cos & lethargicos æstuans? nū qd cōtēnere?
nū qd desistere uel debet uel potest? utrisq.
sit, necesse est molesta, quia neutris est inimi
ca, Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethar
gici nolunt excitari, sed perseuerat diligētia
charitatis, phreneticum castigare, lethargi
cum stimulare, ambo molestati, quam diu
ægri sunt indignantur, sed ambo sanati gra
tulantur, deniq. non sicut putant, & sicut ia
ctant, tales eos suscipimus, quales fuerūt, sed
animo mutatos, quia esse Catholici nō inci
piunt, nisi hæretici esse destiterint, Neque. n.
sacramenta eorum nobis inimica sunt, quæ
cum illis nobis sunt communia, quia nō hu
mana sunt, sed diuina.

*Quantis & quam atrocibus malis & calamitatibus, legum ad
miniculo sint liberati Catholici, quas ab hereticis, pa
ri. cogereantur, nisi metu istarum legum eorum
coerceretur immanitas. Ibidem.*

Cap. 131.

131 PRIUS QUAM istæ leges à Catholicis
imperatoribus mitterentur, pacis atq. uni
tatis Christi paulatim doctrina crescebat &
in eam quisq. sicut discebat, & uolebat, & po
terat, ex ipsa parte transibat, cum tamen a
pud illos perditorum hominum clementis
simi greges, in diuersis causis quietem inno
centium perturbarent; quis non dominus
seruum suum timere compulsus est, si ad illo
rum patrociniū confugisset? quis euerfori
minari saltim audebat? quis consumptorem
apothecarum, quis quemlibet poterat exi
gere debitorem, auxilium eorum, defensio
nemq. poscentem, timore fustium & incen
diorum mortisq. præsentis? pessimorum ser
uorum ut liberi abscederent, tabulæ frange
bantur, extorta debitoribus Chyrographa
reddebantur, quicumq. dura illorum uerba
cōtempserant, durioribus uerberibus quod
iubebant facere cogebantur, innocentium
qui eos offenderāt domus aut deponebātur
ad solum, aut ignibus cremabantur. Quidā
patres familias honesto loco nati, & genero
so cultu educati, uix uiui post eorum cædet
ablati sunt, uel uincti ad molam, & eā in gy
rum ducere tanquam iumenta contempti.

bilia uerbere adacti sint, quod enim de legibus auxiliū, à ciuilibus potestatib. aduersus eas aliquid ualuit? quis in præsentia eorum officialis anhelauit? quisq. quod illi noluisse, exactor exegit?

*Vsq. ad finem seculi necesse est, esse in Catholica Ecclesia, & frumentum & paleam, quod negat hæretici
Eadem. Cap. 132.*

132

HORREBANT ista plurimi in ipsa superstitione hæretici constituti, & eam innocentiae suæ sufficere arbitrarentur, quod sibi talia displicerent. dicebatur eis à catholicis, si innocentiam uestram mala ista non pollunt quomodo dicitis orbem Christianū uel falsis, uel certe ignotis, Cæcilliani peccatis esse pollutum? quomodo uos nefario scelere, ab unitate Catholica, tanquam ab area Dominica separatis? quæ usq. ad tempus uentilationis necesse est ut habeat & frumentum in horreo recondendum, & paleam ignibus consumendam?

Contra hæreticorum rabiem, & feritatem necesse esse Catholicis Catholicorum principum auxilia postulare. Eadem Cap. 133.

Sic

SIC exarserunt, & tantis sunt odiorum stimulis incitati, ut contra eorum insidias atq. uiolentias, & apertissima latrocinia uix ullæ nostræ, communionis Ecclesiæ possent esse securæ, uix ulla uia tuta, qua iter agerent quicunq. aduersus eorum rabiem pacem catholicam prædicarent, eorumq. dementiam pspicua ueritate cōuincerent, usq. adeo prorsus non solum laicis, uel quibus libet clericis sed ipsis quoque Episcopis Catholicis quodammodo proponebatur dura cōditio; aut enim tacenda erat ueritas, aut eorum immanitas perferenda sed si ueritas taceretur non solum nemo fuerat eius silentio liberandus, sed multi etiam illorum seductione perendi. Si autem ueritatis prædicatione furor eorum ad fauendum prouocaretur, aliquibus liberatis, nostrisq. firmatis, rursus à sequenda ueritate formido impediret infirmos. Cū igitur his angustiis affligeretur Ecclesia, quis existimat omnia prorsusq. sustinenda quam Dei auxilium, ut per Christianos Imperatores ferretur, fuisse postcendum: parum attendit non bonam de hac negligētia reddi potuisse rationem.

133

KK

Apostolos, quod nondum tunc temporis ulli essem catholici principes non petisse eorum auxilia contra Ecclesiam hostes. Eadem. Cap. 134.

334

QVOD dicunt qui contra suas impietates Leges iustas constitui nolunt, non petisse à regibus terræ Apostolos talia, nō confiderant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis .n. tunc in Christum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc illud propheticam complebatur. Quare fremuerunt gentes & populi. m. s. i. Astit. re. t. e. p. c. i. u. a. d. e. a. C. c. Nōdum autem agebantur, quod paulo post in eodem Psalmo dicitur: & nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Do: in timore, & exultate ei cum tremore quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra iussa domini sunt religiofa ueritate, prohibendo, atq; plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam Rex est quia homo est, ei seruit uiuendo fideliter, quia uero etiam rex est seruit leges iusta præcipientes & contraria prohibentes conuenienti rigore sanciendo: sicut seruiuit Ezechias lucos & templa idolorum, & il-

la excelsa, quæ contra præcepta Dei fuerant constructa destruendo, sicut seruiuit Iosias talia, & ipse faciendo. Sicut Seruiuit rex Niuitarum uniuersam ciuitatem ad placandum Do. compellendo, Sicut seruiuit Darius, Idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo sicut seruiuit Nabuchdonosor oēs in regno suo positos à blasphemando Deo lege terribili prohibendo, in hoc ergo seruiūt Do. reges, in quantum sunt reges, cum ea faciūt adseruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges, Cum itaq. nondum reges Do. seruiret temporibus Apostolorum, sed adhuc meditentur inania, aduersus Dominum, & aduersum Christum eius: non utiq. tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri.

Catholicos principes debere curare ne Ecclesia Catholica ab hæreticis oppugnetur, Eadem Cap. 135.

POSTEA quæ capit impleri quod scriptum est: Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes reges seruiēt illi, quis mente sobrius regibus dicat: nolite curare in regno uestro à quo teneatur uel oppugnetur Eccle

335

sa Domini uestri, non ad uos pertineat in re-
gno uestro qui uelit pudicus esse quis impu-
dicus? cur enim cum datum sit diuinitus ho-
mini liberum arbitrium, adulteria legib. pu-
niantur & sacrilegia permittantur? An si-
dem nō seruare, leuius est animā Deo quam
feminam uiro?

*Qui doctrina non possunt penarum etiam timo-
re ad Ecclesia Catholica fidem cogendos
Eadem. Cap. 136.*

136

MELIUS est, quis dubitauerit, ad deum
colendum doctrina homines duci, quam pæ-
næ timore uel dolore compelli? Sed non
quia hi meliores sunt, ideo illi qui tales non
sunt, negligendi, multis enim profuit quod
experimētis probauimus, & probamus prius
timore uel dolore cogi, ut postea possint
doceri, aut quod iam uerbis didicerāt, opere
sectari.

*Cum Scriptura ait uerbis non emendabitur seruus
durus, tacite admonuit unde debeant heretici
à catholicis emendari, Eadem. Cap. 137.*

137

PROPONUNT nobis quidam, senten-
tiam secularis auctoris, qui dixit: Pudore, & li-

beralitate liberos retinere satius esse credo,
quā metu, Hoc quidē uerū ē, sed sicut melio-
res sunt quos dirigit amor, ita plures sunt
quos corrigit timor. nam ut de ipso auctore
istis respondeatur, apud illum etiam legitur:
Tu nisi malo coactus recte facere nescis, por-
ro autē Scriptura diuina, & propter illos me-
liores dixit: Timor non est in charitate sed
perfecta charitas foras mittit timorem, &
propter hos inferiores qui plures sunt ait:
Verbis uon emendabitur seruus durus, si .n.
& intellexerit non obediet. Cum dixit: Ver-
bis eum non emendari, nō eum iussit deserui,
sed tacite admonuit unde debeat emendari,
alioquin non diceret: Verbis non emend. sed
tantum modo diceret, Nō emēdabitur. A-
lio quoq. loco dicit, non solum seruum sed
etiam filium in disciplinatum plagis esse co-
ercendum & magno fructu, nam tu quidem
(inquit) percutis eum uirga, animam uero
eius, liberabis à morte.

*Christus ad Ecclesiam suam quosdam solo uerbo uocaf-
se, quosdam uero suæ potestatis coegisse, ut quid no-
bis faciendū sit indicaret. Eadē. Cap. 138.*

QVIS nos potest amplius amare quā

138

Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & tamen cum Petrū & alios Apostolos solo uerbo uocasset, Paulum prius Saulū, Ecclesiæ suæ postea magnum ædificatorē, sed horrendum antea uastatorē, non solum uoce compescuit, uerū etiam potestate prostravit atq. ut infidelitatis tenebris sæuientem ad desiderādum lumen cordis urgeret prius corporis cæcitate percussit, si pæna illud esset, non ab ea postmodum sanaretur. Vbi est quod isti clamare consueuerunt liberum est credere uel non credere? Cui uim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum Apostolum, agnoscant in eo prius cogētem Christum, & postea docētem; prius ferientem, & postea consolantem; cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios, ut redirent, si perditii filii coegerunt alios ut perirent? quamuis etiam illos, quos non coegerant, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremio reuocentur: blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius, quā de his, quos nūquam perdiderat, gratulatur.

Oues quæ ab Ecclesiæ grege aberrarint, si resistere uoluerint esse etiam ad ouile Dominicum flagellorum terroribus reuocandas Eadem Cap. 139.

ANNON pertinet ad diligentiam pastorem, etiam illas oues, quæ non uiolenter erepta, sed blandè leuiterq. seductæ, à grege aberrauerint, & ab alienis caperint possideri, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere uoluerint, flagellorum terroribus uel etiam doloribus reuocare, præsertim quoniam si apud fugitiuos & prædones seruus secūditate multiplicetur, plus habet iuris, quod in eis Dominicus character agnoscitur, qui in eis quos suscipimus nec tamen rebaptizamus minime uiolatur? sic .n. error corrigendus est eius ut non in eo corrumpantur signaculum Redemptoris.

Catholicam Ecclesiam in quibusdam cogendis Christum Dominum imitari. Eadem Cap. 140.

IMITATUR ergo Ecclesia in istis cogendis dominum suum, quæ prius ut neminem cogeret expectauit, ut de fide regū atq. gentium prædicatio prophetica compleretur. Etiam hinc .n. non absurde intelligitur, illa Apostolica sentētia, ubi Paulus beatus dicit, Parati ulcisci omnem in obedientiam cum completa fuerit prior obedientia ue-

Lucæ 14
& 23.

stra. Vnde & ipse dominus, ad magnam cenā suam nō prius adduci iubet conuiuas, postea cogi. nam cum, & serui sui respondissent, Domine factum est quod iussisti, & adhuc est locus, Exite inquit, in uias, & sepes, & quoscunq. inueneritis cogite intrare. In illis ergo qui leuiter primo adducti sunt, completa est prior obediētia, in iis autem qui coguntur, inobediētia coercetur. Nam quid est, cogite intrare, cum primo dictum esset: Adducite, & respondisset; Paratum est quod iussisti, & adhuc est locus? Si miraculorum terroribus cogēdos uoluisset intelligi, magis ad eos qui prius uocati sunt, diuina miracula multa facta sunt, maxime ad Iudeos de quibus dictū est, Iudæi signa petunt.

Recte catholicam Ecclesiam ista potestate contra hæreticos & schismaticos uiti. Eadē Cap. 141.

142

QVA propter si potestate quam per religionem ac fidem regum, tempore quo debuit diuino munere accepit Ecclesia, hi qui inueniuntur in uitiis, & scapibus idest heresibus & schismatibus coguntur intrare, nō quia coguntur, reprehēdāt, sed quò cogantur attendant.

Quod

Quod Catholici periclitante Ecclesia Christianorum principum potestatem implorant, recte id, nec sine Sanctorum exemplo facere.

Cap. 142.

NANQ. Apostolus Paulus uitæ suæ trāsi¹⁴² toriæ nō consulebat, sed Ecclesiæ Dei, quādo contra illos qui eum occidere computauerant, consiliū illorum tribuno ut prodere-
tur effecit. Romanas etiam leges implorare minime dubitauit, ciuem Romanum se esse clamans, quos tunc affligi uerberibus non licebat.

Itemq̄ ne Iudæis eum perimere cupientibus, traderetur, Cæsaris poposcit auxilium, Romani quidem principis, sed non Christiani. ubi satis ostendit quid facere deberēt postea Christi dispensatores, quando Imperatores Christianos periclitante Ecclesia reperirent.

Non esse crudelitatis quod Catholica mater Ecclesia, quorundam aduersus eam bellantium perditione, ceteros tam multos colligit, & eorum liberatione dolorem materni cordis lenit.

Eadem Cap. 142.

SI aliter non meruit pacem habere do-¹⁴³mus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello

LL

quod contra patrem gerebat fuisset extin-
ctus, quamuis magna cura mandauerit suis
ut eum quantū possent, uiuum saluumq; ser-
uarent, ut esset cui p̄nitenti paternus affectus
ignosceret, quid ei restitit, nisi perditum flere
& sui regni pace acquisita suam m̄stitiā cō-
solari? Sic ergo Catholica mater bellantib;
aduersus eā quid aliud quā filiiis suis, quia
utiq; ex ipsa magna arbore quæ ramorum
suorum porrectione, toto orbe diffunditur,
iste in Africa ramusculus fractus est, cum eos
charitate parturiat, ut redeant ad radicem, si-
ne qua ueram uitam habere non possunt, si
aliquorum perditione ceteros tam multos
colligit, præsertim quia isti non sicut Absa-
lon casu bellico, sed spontaneo magis interi-
tu pereunt, dolorem materni cordis lenit, &
tantorum liberatione populorum, quorum
si uideas in Christi pace læticias, frequentias,
alacritates, & ad hymnos audiendos, & canē-
dos, & ad uerbum Dei percipiendum cele-
bres, hillaresq; cōuentus, multorumq; in eis
cum dolore magno recordationem præteri-
ti erroris, & cum gaudio considerationem
cognitæ ueritatis, & cum indignatione, & de-
testatione mendacium magistrorum, quod

modo cognoscant de nostris Sacramentis ;
quā falsa iactauerint ; multorum etiam in
eis confessiones quod olim uellent esse Ca-
tholici, nec inter homines tanti furoris aude-
rent, horum ergo populorum congregatio-
nes p̄ plurimas Africae regiones ab illa per-
ditione liberatorum, sub uno conspectu uide-
res: tunc diceres nimia fuisse crudelitatis, si-
dum timeretur, ne homines desperati & isto-
rum innumerabili multitudine, nulla æstima-
tione comparandi, suis, & uoluntariis ignib;
cremarentur, isti in æternum perdendi, & se-
piternis ignib; cruciandi relinquerentur.

*Catholicorum principum legib; fieri, ut multi ab here-
ticorum manib; & pernicie liberentur. Eadem.
Cap. 144.*

NON tot sunt illi homines, qui sua uolun- 144
tate pereunt, quot liberantur per istas leges,
ab illa pestifera, æternaq; pernicie, fūdi, pagi,
uici, castella, municipia, ciuitates & c.

*Falso conuerti hereticos, quod ut eorum bona possideam;
mus, uolēto legū imperio coarctemus. Cap. 145.*

ISPI certè dicunt, & inuidiosissimè sibi cō- 145
uari uidentur, quod eos in nostram cōmu-

nionem, uiolento legum imperio coarctamus. hoc utiq. nullo modo faceremus, si res eorum possidere uellemus. Quis auarus quaerit compossessorem? quis dominandi cupiditate inflammatus, uel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem? Ipsos certe attendant quondam suos, iam nostros socios, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum sua teneant, non solum quaerant, sed etiam nostra quaerant non habebant; quaerant tamen si pauperum compauperes sumus: & nostra sunt, & illorum. Si autem priuatim quaerant nobis sufficiant, possidemus: non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procuracionem, quodam modo gerimus, non proprietatem nobis, usurpatione damnabili uendicamus.

B. Valuerdii Gandia, S. THE. DOCT. partis primae
Gnomologiae ex Sanctis Patribus,

F I N I S